



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Disputatio IV. De voto religiosae obedientiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

poſito verum erit te non operari proprio nomine, & à ſuperiore independenter ab eius voluntate, cui tum operationem ſubiſcis. Et quidem hanc licentiam tacitam vel præſumptam ſufficere ad excludendam proprietatem, quando ſuperior commodè adiri non poteſt, & virget occaſo accipiendi, retinendi, vel expendendi, certum eſt ex benigna interpretatione voti paupertatis, quòd præſumi non debet extenſum fuiſſe ad expreſſam licentiam moraliter impoſſibilem. Sic Suar. 20. 3. de relig. lib. 8. c. 11. n. 3.

7. Deinde exiſtimo certum, etiam ſi ſuperior adiri poſſit, licentiam tacitam ſufficientem eſſe. Illam voco tacitam licentiam, quæ virtute in alia expreſſa continetur, vt ſi ſuperior tibi concedat licentiam peregrinandi, nec prohibeat aliquid recipere, & recepta expendere, eo ipſo cenſetur conceſſiſſe, reſte Suar. 1. 3. de rel. lib. 8. c. 11. n. 7. Item ſi conſuetudine introductum ſit, te poſſe aliqua recipere, retinere, vel expendere, & ſuperior conſuetudinem non reuocet, eum poſſit, & omnia cenſetur approbare, Sic Suar. d. 2. 3. lib. 8. c. 11. n. 7. Sanch. li. 7. ſum. c. 19. n. 7. At idem eſt, ſi ſuperiore cenſio, nec prohibente, cum facile poſſet, aliquid recipias, retineas, aut expendas, quia in ea diſſimulatio virtute continetur quædam approbatiua voluntas, & error. c. conſentire, 83. diſt. Secus eſſet, ſi difficile impedit poſſet; eo quod timet domum eſſe perturbandam tuis quereliſ; quia eo caſu ea diſſimulatio non eſt licentiæ conceſſio, ſed facti permiſſio, quæ te non excuſat. Sic Nau. conſ. 2. de Reg. n. 22. Mendoza in ſuis quodlibet, q. 8. concl. 7. Man Rodriq. regul. 1. 3. q. 29. art. 11. Sanch. lib. 7. ſum. c. 19. Suar. dicta cap. 11. n. 8.

8. Difficultas ſolum eſt de licentiâ præſumptâ, quando ſcilicet præſumis ſuperiorem daturum fore licentiam, ſi ab eo peteres, & tu præ verecundia, aliòve humano reſpectu petere omittiſ; an eo caſu à proprietate excuſeris; Videris non excuſatus, quia licentiâ futura ſuperioris, cum de facto non ſit, non poteſt efficere, vt nomine illius diſpoſitio præſtetur. Cæterum communis ſententiâ docet ſupradictam licentiâ præſumptam ſufficientem eſſe ad vitandam proprietatem. Quia ad hunc effectum ſufficit, quòd voluntati ſuperioris ſaltem futuræ nixus opereris. Si enim ad vitandum futurum, ea præſumptio de voluntate domini ſufficit, vt conſtat ex *l. inter omnes, §. reſt. ff. de furto*, à forſori ſufficit ad vitandam proprietatem. Neque credendum eſt voentes paupertatem ſtrictius ſe obligare voluiſſe. Atque ita ſuſtinet Nau. com. 2. de Reg. n. 20. Petr. Nau. lib. 3. de reſt. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 160. Val. 2. 2. diſp. 10. q. 4. pun. 3. poſt initium. Azor. 1. 1. inſt. mor. lib. 12. cap. 12. q. 2. 3. & 4. Sanch. lib. 7. ſum. c. 19. n. 4. Suar. 1. 3. de relig. lib. 8. c. 11. n. 4. Quæſtis autem cognitio huius voluntatis futuræ deſideretur, an certa, an ſufficiat probabilis? Vt iant Doct. Plures affirmant certam requiri: alijs eſt periculum operandi abſque vlla licentiâ, & contra domini voluntatem: ſic Mol. 1. 2. de inſt. diſp. 276. circa ſin. Petr. L. c. 2. 1. ſum. tr. 8. c. 21. diſp. 7. Verius tamen eſt probabilem cognitionem ſufficere, quia ſic operans moraliter certus eſt de voluntate ſuperioris, neque periculo morali operandi ſine licentiâ exponitur tametiſ phyſico exponatur. *See*. Nau. com. 2. de Reg. n. 20. & 17. ſum. c. 17. n. 5. Leſſus lib. 2. de inſt. c. 2. dub. 3. n. 49. & c. 41. dub. 9. n. 80. Mendoza in quolib. q. 8. concl. 8. Sanch. plures referens, lib. 7. ſum. c. 19. num. 13. in fine; Suar. 1. 3. de rel. lib. 8. c. 11. n. 11.

9. Aduerſo tamen in hac receptione, & bonorum diſpoſitione ſerè ſæpe peccatum veniale committiſ; eo quòd ſuperior cum commodè adiri poteſt, ægrè ferat hanc clauſtinam, & ſurtium receptionem, & diſpoſitionem, vt potè obſeruantia religioſæ & paupertatis puritati ſatis aduerſam. Sed quia hæc contradictio ſolum eſt de modo clauſtino, & furto non de ipſa receptione, & diſpoſitione, culpam venialem non excedit. Sic Nau. Suar. Sanch: *n. præcedenti relati*.

10. Rurſus aliqui dicunt ad vitandam proprietatem non requiri licentiâ, expreſſam, tacitam vel præſumptam; ſed ſufficere debitam: ſic docuit Mend. in quodlib. q. 9. in ſin. Et mouetur, quia voto paupertatis non te obligat ad paupertatem iterationabilem. Sed in hac re in primis dicendum eſt licentiâ præſumi poſſe, quorſus eſt debita; quia ſemper præſumi poteſt ſuperiorem operatum ſecundum regulas rectæ rationis. Quare prædicta quæſtio ſolum locum obtinet, cum ſuperior eſt expreſſè negat licentiâ, quam debebat cõcedere, quòd non facile præſumendum eſt de ſuperiore, qui plurib. rationibus moueri poteſt ſubdito occultis, quæ negaram licentiâ honeſtent. Cõceſſo tamen gratis ſuperiorem imprudenter, & præter religionis morem licentiâ tibi negare, non obinde inferitur te poſſe aduerſus paupertatis votum procedere ſicuti non inferitur voto caſtſitatis obſtrictum ducere vxorem poſſe diſpenſatione non obtenta; tamenſi imprudenter, & præter conſuetam diſpenſationem negetur. Dicendum igitur eſt dupliciter licentiâ deberi poſſe, vel ex debito te tenente ex parte prælati tantum, vel ex debito te tenente ex parte ſubditi. Si debita ſit licentiâ ex parte prælati tantum, & negetur non excuſatis à voti tranſgreſſione. At ſi licentiâ tibi ſit debita, eo quòd à religione ius habeas, vt tibi concedatur, credo eſſe ſufficientem, ne votum

violens, quia eſto ſuperior licentiâ neget, à religione iure ipſo conceditur. Quapropter ſi prælatus tibi non ſuppeditaret neceſſaria ad victum, & veſtium iuxta morem receptum religionis, ſi inſuper negaret facultatem ab externis accipiendi, illa negatio nullius conſiderationis eſſet vt pote iniqua, & contra ius à religione tibi conceſſum. Alijs prælatus poſſet te obligare ad paupertatem ſtrictiorem promiſſa.

11. Tandem requiritur, vt licentiâ à vero ſuperiore, vel ſic communiter reputato procedat. Si autem plures ſuperior ſubordinatos habeas, non eſt opus, vt ab omnib. licentiâ obtineat ſufficit ab aliquo illorum, cuius poteſtas à ſuperiore illius reſtricta non ſit, ſolù eſt dubium de monialibus; an Abbatiffa ſit verè illarum ſuperior potens eis concedere facultatè accipiendi, retinendi, & diſtribuenti; Et dicendum eſt poſſe quia recte habet adminiſtrationè bonorù cõuentus, ipſique obedientia promittitur atq; ita docet Lud. Lop. 1. p. inſt. conſcient. c. 157. c. 157. c. 158. & li. 2. de contr. c. 48. verſ. 3. dicimus. Corub. ſum. q. 54. d. 1. vlt. Greg. Lop. 1. 14. verb. propr. 1. 7. p. 1. Laym. lib. 4. tr. 5. c. 7. n. 15. & alij, quos reſert, & ſeq. Sanch. lib. 7. ſum. c. 19. n. 44.

PUNCTVM XXIV.

Quæ pœnæ impoſitæ ſint violentibus paupertatem:

SVMMARIVM.

1. Tres ſunt: Prima, ne in loco ſacro ſepeliatur.
2. Secunda: Expulſio à conuentu, vel in re clauſa.
3. Tertia: priuatio vocis actiua, & paſſiua.
4. Indignitas: hæc pœnæ iudicis ſententiâ, & ſolum pro reſtatutum ſunt ſtatuta.

1. **I**re canonico tres tantum pœnæ reperiuntur ſtatute. Prima, ne in loco ſacro, ſed in ſterquilino cum ſua pecunia ſepeliatur religioſus, qui fuerit conuictus deſeſſe ſuæ conſuetudinis proprium: habetur, c. *Monachi*, & c. *cum ad monaſterium*, de ſtat. Monach. Quod ſi in loco ſacro ſepultus fuerit, extrahi debet, ſi abſque ſcandalo fieri poſſit. c. *ſuper quodam eodem tit.* Et licet ſpectato iuris rigore, & exemplo D. Gregorij lib. 4. *Dialog. c. 55.* tota pecunia ſimul cum proprietario eſſet ſepelienda, at ex benignitate quælibet pars ſufficit abſtutio iudicis; quia per cam ſatis abundè proprietarij perditio ſignificatur, reliquus in vltis viles referatur. Sic Abb. d. c. cum ad monaſt. n. 15. Io. Andr. n. 4. Greg. Lop. 1. 14. n. 3. 10. 7. p. 1. 1. Sanch. lib. 7. ſum. c. 20. n. 11. Laym. lib. 4. ſum. tr. 5. c. 7. n. 22.

2. Secunda pœnæ eſt expulſio à conuentu d. c. cum ad monaſterium. At hæc pœnæ correctiua eſt, c. *ſin. de Regul.* ne religioſus daretur occaſo vagandi, ſed loco illius in carcerem detraherentur, & ibi pro qualitate culpæ plecti debent. Abbas d. cap. cum ad monaſterium n. 13. Sanch. & Laym. ſupra.

3. Tertia pœnæ eſt vt priuatur proprietarius voce actiua, & paſſiua per biennium, aliſque pœnis priuatur iuxta religionis conſtitutiones. Sic ſtatutum eſt à Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de Reg.

4. Aduerte hæc pœnas non incurri ante iudicis ſententiâ, quòd de priuatione Eccleſiaſtica ſepulchuræ, & reſolutione in carcerem dubium eſſe non poteſt. De priuatione vocis actiua, & paſſiua ſatis indicant illa verba *deprehenſus conuictus quæ fuerit*, quæ actionem iudicis ſonant, atque ita notaui Sanch. lib. 7. ſum. c. 20. n. 14. Secundò aduerte non cuiſcunq; vitio proprietatis hæc pœnæ eſſe ſtatutas, ſed ſolum reſeruari. Nam eſto acciperes abſq; licentiâ, vel acceptu expenderes, ſi tamen conuictus nõ fueris retinere, ſupradictæ pœnæ locum non habet, Sanch. d. c. 20. n. 13. & Laym. li. 4. ſum. tr. 5. c. 7. n. 10.

DISPVATIO IV.

De voto religioſa obedientia.

AN religioſa obedientia contineat vltra votum, promiſſionem obediendi prælati religionis, & traditionem in eorum poteſtatem, & quòd peccatum ſit illius tranſgreſſio.

PVNCTVM I.

1. Religioſa obedientia continet votum formaliter, & acceptiſſimè promiſſionem, & traditionem prælati factam.
2. In violatione obedientia plures maliſia continentur.
3. Expenditur, quæ maliſia continentur.
4. Tranſgreſſio regula quæ continet maliſia.

1. **R**eniter reſpondeo, religioſam obedientiam in ſua formalitate ratione voti Deo factam obediendi prælati continere, habere tamen ſibi adiunctam humanam promiſſionem, & traditionem. Priorè partè ſic probò. Nã cõ votu ſi promiſſio facta Deo, & non homini, votu obedientia continere ſolù debet in ſua formali ratione promiſſionè Deo factam obediendi homini, quòd abſque vlla promiſſione, vel traditione ipſi homini facta ſtare optimè poteſt, ſicuti ſtat votum dandi ele-
molynta

Cui praelato ex voto obedientiae parere religiosi debent, & qualiter ipse debeat praecipere.

S V M M A R I V M.

1. Omnibus superioribus debet religiosus parere.
2. Abbatissam non posse suis monialibus in virtute obedientiae praecipere docet Sanchez. Probabilis est oppositum.
3. Potest praecipere Abbatissa eo sine, ut saluti subditarum consulat.
4. Pontifex ut supremus praelatus potest obligare quoslibet religiosos.
5. Episcopus praecipere potest monialibus sibi subiectis, non tamen religiosi exemptis, nisi in aliquibus casibus, quos hi sunt.
6. In religiosos non exemptos communis sententia defendit Episcopus non posse praecipere quae pertinent ad disciplinam regularem, sed tantum ad Ecclesiasticam. Probabilis est oppositum.
7. Qualiter disti. praelati praecipere debent, ut teneantur ex voto obedientiae subditi.

1. Non est dubium te obligatum esse parere praelatis tuae religionis, scilicet Provinciali, Generali, & Praeposito locali, seu Rectori conventus, quia hi vere superiores sunt, quibus te obediendo subdidisti. Servare tamen debes ordinem inter illos, ut Generalis Provinciali, & Provinciali Rectori praeratur: quia inferioris iurisdictionis non se potest extendere adversus superioris iurisdictionem, nec contrarium illius praecipere; esse enim iniquum praecipere, atque adeo non servandum. Sic Suar. 1. 2. de vel. lib. 10. c. 11. n. 6. & segg. Horum tamen iurisdictionis ordinariae est: ac proinde delegari potest. Non tamen censetur delegata officialibus domus v. g. vicario chori, conventus, Ecclesiae vel etiam in actibus ad suum officium pertinentibus ut latius tradit Suar. d. c. 11. n. 18. & 19.

2. Solum de triplici superiore est difficultas. An ex voto obedientiae suis subditis imperare possint, nempe de Abbatissa in moniales. De Episcopo in religiosos non exemptos, & de summo Pontifice in omnes religiosos. Et quidem Abbatissam in virtute obedientiae non posse suis monialibus imperare, docuit Victoria de poest. Eccl. q. 2. n. 4. quem sequitur Sanch. lib. 6. sum. c. 1. 2. quia Abbatissa, (sive Ecclesiastico saltem iurisdictionis spiritualis, ac ad imperandum ex virtute obedientiae iurisdictionis spiritualis videtur requiri; quippe ille modus imperandi finem spiritualem respicit. Ceterum dicendum est Abbatissam suis monialibus praecipere posse quidquid expediens esse iudicaverit ad rectum sui monasterii temporalem, seu politicam gubernationem. Nam cum ab ipsa religione constituta sit monasterii gubernatrix, & hanc gubernationem non possit convenienter praestare absque iurisdictione, ea de causa ad haec imperanda illi iurisdictioni concessa est. Unde potest prohibere monialibus ne cum externis loquantur, ne litteras accipiant, vel scribant, ne ad hortos exeant, & alia similia, quae rectae gubernationi domesticae, & bono nomini conventus congruunt. Sic Sorus in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. ver. hinc fit. Bart. de Led. sum. Sacram. ubi de claus. n. 1. 4. dub. ult. Sanch. alii relatis, lib. 6. sum. c. 17. Deinde potest de defectibus monialium commune bonum impediendis inquirere, & delinquentes punire; quia haec potestas ad politicam gubernationem pertinet, quod solum vi voti absque traditione dominii fieri non poterat, ut recte notavit Valquez 1. 2. 2. dist. 166. c. 4. Sanc. li. 5. sum. c. 1. m. 20. & li. 6. c. 1. n. 27. Hoc positum certissimum est, Abbatissam obligare posse moniales sub virtute voti ad exequenda, quae alias ex iurisdictione temporalis, & politica praecipere potest. Si enim Rector alicuius universitatis, vel collegii scholaribus praecipere potest sub poena praestiti iuramenti, quae sibi vila fuerint rectae universitatis gubernationi conveniens a fortiori Abbatissa poterit monialibus sub poena praestiti voti praecipere quae ad rectam domus gubernationem conducunt, cum votum illud fuerit emissum de obediendo Abbatissae saltem in iis, in quibus ipsa habet iurisdictionem, & ita tenet Sanch. lib. 6. sum. c. 1. n. 22.

3. Deinde probabilis existimo Abbatissam ex vi voti non solum praecipere posse supradicta, quatenus rectae domus gubernationi congruunt, sed quatenus congruunt spirituali cuiuscunque profectui, atque adeo praecipere posse omnia illa, quae iuxta regulas, & constitutiones oblativae moniales tenentur. Qui negari non potest, te posse voto simpliciter obligari formae, vel laico obedire in iis, quae ipsi iudicaverint ad tuum spirituale profectum convenire, tamen ex hoc voto nulla spirituale iurisdictionem obtineant. Quae enim in hac obligat. est repugnantis, aut indecivitas similiter ergo possunt moniales voveri obedire Abbatissae in iis quae conveniunt fieri iuxta constitutiones religionis earum spirituali profectui. Ergo credendum

mosynam Petro, quin Petro promissio dirigatur, & conclusio- nis pars constat ex religioso statu, qui est perfecta quadam abnegatio sui (ut passim patres docent) ob cuius causam (iure sic disponente) propria libert. & dominio spoliata, & in praelatum religionis, transferretur, eique te eorum tradis regendum, & gubernandum efficacius quam servus traditus est domino, & filius patri. In hac traditione virtute continetur promissio exequendi superioris praecipere, si quidem ad hunc finem te tradis; aliter enim regi aut gubernari non potes. Sed ne haec traditio, & promissio humana tantum fit, voto religiosae obedientiae superaddito sacrat. Quo praestito factum est gratissimum Deo sacrificium, & holocaustum; ut latius prolequitur Suar. 3. tom. lib. 10. c. 5. per totum, praecipue ad n. 4.

2. Verum ex hac explicatione conueni videtur violationem obedientiae religiosae plures malitiae specie distinctas continere; continet enim malitiam sacrilegij aduersus votum, & promissionem Deo factam. Et in super malitiam iniustitiae aduersus praelatum, seu religionem; cui est promissio, & traditione religiosi ius acquisitum. Et praeterea continet malitiam aduersus illam virtutem, circa quam versatur actus imperatus, ut si praecipitur sit de ieiunio continebit malitiam incontinentiae, si fuerit de Missa audienda, oratione fundenda, continebit malitiam irreligionis; superior enim ob iurisdictionem, quam a Pontifice obtinet, potestatem habet, rem praecipiam constituendi in specie necessaria virtutis, quae alias constituta non erat. Deinde inobedientia continet malitiam aduersus obedientiam virtutem. At durum videtur in vno actu tot malitiae species multiplicari. Ergo dicendum est, in religiosa obedientia solum adesse votum, seu promissionem Deo factam exclusa promissione, & traditione humana, aliaque superioris iurisdictione.

3. Nihilominus a proposita doctrina recedendum non est. Concedo enim te violenter superioris praecipere peccare aduersus religionem ob transgressionem ex iniustitia sui domini mandata exequi, qui si votum elicit ea mandata exequendi, dupliciter, ut tripliciter peccabit transgrediens domini mandatum aduersus iniustitiam, fidelitatem, & religionem; atque ita tradit Suar. 1. 3. de vel. lib. 10. c. 6. n. 3. At aduersus eam virtutem, circa quam actus imperatus versatur, non semper est censendus peccare, sed solum quando superior tibi praecipet utens iurisdictione Ecclesiastica a Pont. concessa, quod non est praesumendum, nisi clare exprimas, scilicet imperando sub poena excommunicationis, vel statuendo legem. Nam cum possit ob obedientiam sibi debitam ex voto praecipere imponere; credendum est absolute praecipiente eam solum exigere. Sic docet Sanch. lib. 4. sum. c. 11. n. 25. Suar. tom. 3. de vel. lib. 10. c. 6. n. 6. Laym. lib. 4. tr. c. 7. n. 6. Quando vero sub poena excommunicationis, vel alicuius censurae praecipit, credo iurisdictione Ecclesiastica uti non solum in censura impositione, de quo non est dubium, sed etiam in ipsius praecipit impositione, ob cuius transgressionem censuram fert. Et idem est quoties imperatur statuendo legem; quia legem nullus ferre potest, nisi iurisdictionem habeat. Et in his casibus violans legem, vel praecipit ultra praedictas malitias sacrilegij, & iniustitiae, peccat aduersus illam virtutem, cuius rectitudinem per actum imperatum procurabat superior obtinere.

4. Hinc deducit Sanch. lib. 4. sum. c. 11. n. 24. cum Vasq. 1. 2. dist. 162. num. 16. si transgrediaris regulam aliquam, seu constitutionem obligantem sub mortali, esse duplicis malitiae reum, scilicet aduersus votum; & aduersus illam virtutem, circa quam actus imperatus versatur; quia regula est quadam lex. Sed distinguendum existimo, si id quod a regula imperatur, alias lege Ecclesiastica, vel diuina praecipitur, credendum est regulam; legem proprie non esse, sed admonitionem, & excitationem obligationis impositae; tradit Sanch. lib. 6. moral. c. 4. n. 6. Layman. lib. 4. tr. c. 7. n. 6. At si regula praecipit, quae alias sub praecipio non sunt, adhuc est distinguendum; si absolute praecipiat, erit lex rigorose sumpta, & continet transgressionem in duplici illa specie malitiae: at si praecipiat addens in virtute obedientiae, existimo constitutionem legem non esse obligantem eam iurisdictione Ecclesiastica, sed ex voto, & ob honestatem diuini cultus, solumque malitiam irreligionis, & iniustitiae continere. Illa enim verba ex virtute obedientiae, clare denotant obligationem ex voto postulari, & non aliam imponi. Quod si demus regulam, vel praecipium superioris titulo iurisdictionis Ecclesiasticae obligari, non caret probabilitate cessare eo casu obligationem voti, & traditionis religiosae; quia non est credendum, etsi fieri possit, superiorem velle duplici potestate & obligatione uti in suo mandato, scilicet potestate iurisdictionis, & voti, cum aequum non sit absque graui causa occasionem praebere tot malitias multiplicandi. Suar. 1. 3. de vel. lib. 10. c. 6. n. 6.

dicendum, est ea intentione votum emissum esse; cum id sit religioni congruentius. Adde, si Abbas solum precipere potest ex voto, quae recta domus gubernationi conducunt, & in ordine ad hunc finem, efficitur sancta moniales, quibus precipit, ne absque eius licentia litteras mittant, vel recipiant, neve cum externis colloquantur, non peccaturas mortaliter, si occulte, & absque vlla domus perturbat. opinionisve diminutione hanc praestent, quia cessat finis, ob quem praeciprum impositum est. Insuper efficitur non peccaturas mortaliter, quibus imperatum esset Missam aliquo die feriali audire, aliave opera pietatis exercere, sicuti communiter dicitur de scholasticis quibus Rector collegij sub poena praestiti iuramenti aliquot singularibus diebus praecipit Missae auditionem, quam si omittant, non censentur mortaliter peccare. At durum est haec omnia admittere; cum ex illis disciplina religiosa, & obedientia regularis non parum labefacteretur. Ergo dicendum est, per se Abbas solum ex voto precipere posse monialibus quae eo titulo praelat. localis potest suis subditis, & ita tenet Suar. tom. 3. de rel. lib. 10. c. 11. in fine n. 20. tamen si contra. doceat Sanch. aliis relat. lib. 6. cap. 1. n. 19.

4. De summo Pont. ferè omnes Doct. censent potestatem habere obligandi quoslibet religiosos ad obedientiam regularem, non solum ex iurisdictione sibi à Christo concessa, sed etiam ex obedientia voto, quod ipsi censendum est emitti, tanquam supremo omnium religionum generali; nam cum ipse omnium praetorum caput sit, ab eoque eorum iurisdictione dependeat, conveniens erit, ut obligatio illis ex voto acquisita efficacius ei acquireretur. Deinde cum ipse religiones approbaverit, credendum est sub ea conditione approbasse, ut ipse supremus illius religionis praelatus existeret; atque ita tenent Sotus, lib. 7. de iustit. p. 3. artic. 1. Navarr. sum. cap. 12. num. 76. Suar. tom. 3. de relig. lib. 10. cap. 11. n. 13. Sanch. lib. 6. sum. cap. 3. num. 8. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 8. numer. 3.

5. Reitat dicendum de Episcopo, de quo duo certa sunt. Primum: Monialibus sibi subiectis posse in virtute obedientiae precipere; quia est eorum superior, instar alij praelati regularis. Sanch. lib. 6. sum. c. 1. n. 11. Secundum: In religiosos exemptos, (quales sunt fere omnes alij religiosi) non habere ex vi voti potestatem precipiendi; quia absolute non est eorum superior quoad regularem obedientiam, tamen in aliquibus actionibus ad disciplinam Eccles. pertinentibus eos subiectos habeat, videlicet in librorum impressione, in audiendarum confessionum, officique praedicandi licentia, in observat. festorum, & censurarum, in assensu ad publicas processiones, in componendis controversiis de praecedentia locorum, in punitione religiosi publice delinquentis, in explorat. voluntatis puellae professurae. Quos tamen religiosos, si privilegium habeant à sede Apostolica, ne possint excommunicari, suspendi, aut interdici (quale habent omnes Mendicantes, ut constat ex eorum compendio, verbo exemptio, num. 9. 23. & 24. Et Societas Iesu ex bulla Pauli III. edita anno 1549. & omnes alij religiosi, qui in mendicantium privilegiis communicant) nequit Episc. ad haec observanda censuris Eccles. cogere, nisi in casibus à Trid. expressis, videlicet cum absque licentia celebrant in oratorio privato, & horis non debitis, superstitiosive in celebrat. admittunt, ut dicitur, sess. 22. decreto de vitandis, & observandis in celebr. Missae, vel quando clausuram monialium tentant impedire sess. 25. c. 5. de Reg. vel cum nolunt bona novitius respicientibus restituere, ead. sess. cap. 16. In aliis vero casibus depositione, destructione in archibus monast. aliisve poenis arbitris procedere debet, ut rectè dixit Gl. Hofr. 10. Andr. & alij in c. 1. de priv. in 6. & pluribus firmat Sanch. lib. 7. de matr. disp. 33. n. 23. Aug. Barb. 3. p. de potest. Episc. all. 78. n. 25.

6. Dubia questio est de Episc. comparat. religiosorum non exemptorum (si qui vltra moniales sint) habeat ne potestatem ex vi voti eos compelliendi ad obedientiam regularem. Communis sententia negat, solumque admittit compulsionem in pertinentibus ad disciplinam Ecclesiasticam, in qua Episcopus praefendus est praelato regulari, secus in observandis religionis statutis, sic tenet Sanch. aliis relatis, lib. 6. sum. c. 1. n. 13. Laym. lib. 4. sum. vr. 5. cap. 8. num. 2. Et videtur esse D. Thom. 2. dist. 44. in exposit. lit. ad 3. Caeterum verius censio posse Episcopum religiosos non exemptos ad obedientiam regularem cogere non solum ex potestate iurisdictionis; sed etiam ex potestate dominativa orta ex voto obedientiae, & traditione religiosorum sibi facta. Mover primò quia si hi religiosi non essent obligati Episcopo obedire, sed suo regulari praelato in pertinentibus ad regularem obedientiam, absolvere exempti essent ab Episcopi iurisdictione, quod est contra suppositum. Secundò praelatus regularis horum religiosorum vel habet iurisdictionem, in suos religiosos immediate à Papa, vel medio Episcopo. Si immediate à Papa, erit religio exempta, de qua non est sermo: si medio Episcopo; ergo Episcopo, utpote principaliori praelato, & à quo praelati regularis iurisdictione dependet, obedientia promittitur. Tertio, Commune

est apud Doct. Episcopum in sua diocesi posse, qui huiusmodi Pontifex in tota Ecclesia, nisi eius potestas à Pontifice limitetur. Sed de Pontifice dixim. ex vi voti potestatem habere in totius Ecclesiae religiosos, ut eos ad obedientiam regularem compellat. Ergo idem affirmandum est de Episcopo in sua diocesi, dum non restringitur eius potestas. Quòd, Rationes, quibus movetur communis sententia ad asserendum Pontificem esse ordinarium pastorem religiosorum, in eoque potestatem dominativam habere, procedunt in Episcopo comparat. eorum religiosorum, qui sua iurisdictione exempti non sunt. Ob duplicem enim rationem ea potestas dominativa affirmatur de Pontifice; videlicet, quia ad ipsum pertinet religionis approbatio, quam non est censendum concedere nisi sub conditione, quod ipsi tanquam supremo capiti obedientia promittatur. Deinde quia Ecclesiae bono maxime necessarium est, ne religiosi viam perfectionis amplectentes ab ea desistant; nam cito non sit necessarium eius observatio. Sed haec rationes in Episcopo procedunt. Nam Episcopo competit per se religionum approbatio, si haec à Pontifice reservata non esset. Et praeterea ei competit cura, & diligentia, ne sibi subditi desistant à via salutis increpa. Ergo affirmandum est secluso privilegio, & exempt. Episc. potestatem esse religiosorum eique obedientiam promitti, atque ita tenent Petr. de Led. 2. s. sum. vr. 10. c. 7. notab. 2. inclinat. Suar. 13. de rel. lib. 10. c. 11. n. 15.

7. Tandem inquirens qualiter supra dicti praelati precipere debeant subditis religiosi, ut ipsi ex voto teneantur obedire. Respondeo debere precipere in virtute Sanctae obedientiae, vel in nomine Iesu Christi, vel sub alia formula, quae latet exprimat voluntatem obligandi vltius profequitur Sanch. lib. 6. sum. c. 4. n. 67. Unde in Soc. Iesu eorum est praecipuum prioris nullam oblig. inducere, quantumcumque verbis praecipitur utatur, nisi addat in virtute obedientiae, vel in nomine Iesu Christi, quem credo si adderet in virtute Spiritus, sic haberetur 6. p. conf. c. 5. in fine.

P V N C T U M I I I.

An ex voto obedientiae tenearis sub mortali, vel veniali servare omnia contenta in regulis, & constitutionibus religionis, & qualiter ad perfectionem tendere debeas.

S V M M A R I U M.

- 1 Distinguntur varia regulae diversas obligationes continent.
- 2 Ex duplici capite obligat regula ad veniale, ex levitate materiae, & ex intentione legislatoris.
- 3 Regula ad nullam culpam obligat transgressio non est contra votum obedientiae; imò aliquando carere culpa potest, si honestum finem habeat.
- 4 Transgressor regulae debet subire poenam; esto coram Deo, habet culpam.
- 5 Propriam difficultatem, an sit in statu peccati mortali religiosus consuetudinem habens violandae regulae non obligans sub mortali.
- 6 Per se non committit peccatum mortale.
- 7 Bene tamen per accidens.

1. PRAEMITTO posse in religione dari aliquas constitutiones, & regulas obligantes sub mortali, alias sub veniali, alias ad nullam culpam. Et haec diversitas ex verbis constitutionum, & ex consuetudine illius religionis desumenda est. Si regula obligat sub mortali; communis est sententia illius transgressionem mortalem esse contra votum obedientiae. Si autem solum sub veniali obligat, transgressio illius venialis erit; quia votum sit de obedientia praelatis praestanda, qui non minus ore tenus, quam lege, & constitutione religionis precipiunt, sic D. Thom. in 2. dist. 44. q. 2. art. 3. Valen. 2. 2. dist. 10. q. 4. par. 5. Sanch. lib. 7. morale. c. 1. n. 5. & cap. 4. n. 6. Layman. 1. 4. tract. 5. cap. 8. n. 6. & alij apud ipsos.

2. Ex duplici capite potest regula ad culpam venialem obligare. Primò ex levitate materiae & de hoc capite nulla est controversia. Secundò ex intentione legislatoris. Nam etiam materia capax sit obligationis gravis. Legislator sua voluntate eam obligationem restringit. Si enim potest ab ea materia omnem obligationem secludere, quid mirum si grauem secludat, & leuem relinquat? ut latius Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 2. n. 4. Votum autem obedientiae non est de exequenda illa materia graui, sed de exequendo praecipio illius, quod cum ex voluntate legislatoris leue sit, absolute votum respicit materiam leuem; & ita tradit Suar. 1. 3. de relig. lib. 10. cap. 7. numer. 11.

3. At si regula per se ad nullam culpam obligat, vel solum regulam

gula ordinis Prædicatorum, Minorum, & Societatis Iesu: illius transgressio ob votum obedientiæ nullam culpam inducit: quia illud votum non est de seruanda illa regula, sed de seruandis præceptis religionis siue à iure, siue ab homine latis. At regula, nullam in conscientia obligationem ad sui executionem inducens præcepta non sunt. Ergo de illis non est votum obedientiæ, sic Suar. d. cap. 7. num. 13. Sanch. lib. 6. cap. 4. num. 11. & 12. in d. cap. 1. num. 2. Quapropter si in transgressione regulæ honesto aliquo sine ducatis, virtutis actum exercebis, non vitij, quamuis non ita perfectum ac esset si te regulæ conformares. Valq. l. 2. tom. 2. disp. 18. c. 3. n. 16. Sanch. lib. 6. sum. cap. 4. n. 14. Laym. lib. 4. sum. tr. c. 1. n. 7. Suar. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. c. 5. n. 12. & est sententia D. Tho. 2. 2. q. 166. art. 9. Regulariter autem culpam venialem in transgressione cuiusvis regulæ committis, tum quia non recto sine ducatis, sed ex ociositate, torpore, vel libidine, tum quia occasionem præbes religiosam disciplinam labefactandi, tradit D. Thom. Suar. Valq. Sanch. & Layman. locis allegatis.

4. Verum esto violans regulas, nullam coram Deo culpam haberes: non obinde excularis subire penam transgredientibus impositam. Quia hæc pena quæ propria pena non est, sed quedam penalitas: non ob culpam mortalem, sed regularem imponi potest, vt bene dixit Sanch. d. c. 4. n. 13. Laym. c. 8. n. 8. Suar. 2. 3. de relig. lib. 20. cap. 7. num. 16. & 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 2. num. 6. Neque est dubium teste Suar. loco allegato, te à superiore obligari posse in conscientia, & ex vi voti ad penam sustinendam; aliis inefficax esset gubernatio, & regula à mero consilio non distingueretur. De facto tamen & ex vi regulæ etudo te obligatum non esse in conscientia. Quia de omnibus regulis, & ordinationibus absque vlla distinctione dictum est in ordine Prædicatorum & in religione Societatis 6. p. confit. cap. 5. ad nullam culpam obligari, nisi sub nomine Iesu Christi; vel in virtute obedientiæ ferantur. At subire penam ob transgressionem regulæ est quedam regula, & constitutio absolute lata absque additione nominis Iesu Christi, vel virtutis obedientiæ. Ergo illius omissione per te peccatum non est, sic Suar. tom. 4. de rel. tract. 8. lib. 1. cap. 1. numer. 13. Sanch. & Layman. sup.

5. Restat solum difficultas de religioso, qui consuetudinem habet transgredienti regulas sub nulla culpa obligantes, vel obligantes ad venialem tantum; an sit in statu peccati mortalis? Ratio difficultatis est; quia consuetudo eam solum culpam inducit, quam inducunt actus, ex quibus coalescit; quia ab ipsis non distinguitur. At actus, ex quibus supradicta consuetudo coalescit, nullam culpam habent, vel tantam habent venialem quia omnes illi sunt transgressiones regularum sub nulla culpa obligantium. Ergo neque consuetudo. E contra assuetus transgredi regulas caret proposito firmo eas seruandi; ergo deficit à via perfectionis, quam assumptione religiosi status professus est. Ergo est in statu peccati mortalis. Deinde hæc praua consuetudine affectus non se vult subiacere regulæ, ergo illam contemnit, vt contemptus regulæ est mortale vt sentit D. Tho. 2. 2. q. 186. a. 9. & ibi Caiet. ergo, &c.

6. Nihilominus exiitimo per se loquendo peccatum mortale non committere religiosum, qui caret intentione seruandæ regulæ ad culpam mortalem non obligantes, illaque passim violaret: imò etiam haberet expressam intentionem illas non seruandi: sic late docuit Suar. 1. 4. de rel. tr. 8. lib. 1. c. 4. à num. 10. Ratio est quia non est propositum transgressionis alicuius obligationis sub mortali, cum omnes regulæ non excedant obligationem venialis culpæ. Neque item in hoc proposito est periculum mortale, & proximum transgredienti aliquam regulam obligantem sub mortali, vt bene Suar. d. c. 4. n. 18. si quidem compari potest cum illius obseruatione firmata. Neque item infertur te hæc praua consuetudine regulas proprie contemneres: alias quories velles aliquam regulam violare, censendus esses illius contempтор, & peccati mortalis reus, quod falsissimum est. Requiritur ergo ad contemptum, vt regulam violes tanquam iniquam, frivolum, & nullius considerationis, vel eam violes animo determinato ob illis transgressionem non te penæ subiacendi, sed peccato resistendi. Seclusa ergo hæc intentione nec propositum violandi regulas, neque illarum violatio contemptus formalis est, vt latius dixi tract. 2. disp. 2. pun. 9. §. 2. Nec denique ex hoc proposito, prauaque consuetudine sit religiosum desistere à via perfectionis incepta in necessariis, qualia sunt obseruatio votorum, & præceptorum religionis, tamen deficit in accidentalibus, & leuem obligationem inducentibus. Neque enim sub graui culpa tenetur his medijs perfectionem procurare dummodo obseruatione votorum, & præceptorum religionis illum procurat, vt latius prosequitur Sanch. lib. 6. sum. 1010 cap. 5.

7. Dixi per se non committere peccatum mortale religiosum. Verè à Castro Sum. Mor. Pars III.

sum sic passim regulas violantem: at per accidens credo saepe peccatum mortale committere, nisi effectus iter proponat, & procuret illius prauæ consuetudinis correctionem: contingit autem hoc peccatum cum religioso aduertit ex suo licentioso, & irregulari modo operandi graue detrimentum & sibi, & religioni fieri. Religiosus tum in regulari obseruantia: quod inde plures sumant occasionem regulas passim violandi. Tum in vilitate, & factu, quem ex illo religioso sperabat percipere, qui suis prauis moribus se inuilem reddit: sibi verò cum credit se probabili periculo exponi formalis contemptus, regularum, transgressionis votorum, aut præceptorum, quod apertum est. Vel denique cum timet probabiliter ob eam causam à religione esse expellendum. Quia expulso graue damnum est, seque ad eam vitandam professione obligauit: promittit enim se ita corrigere, & mores componere, vt dignus esset in cetera religiosorum viuere: sic docet alius relatis Sanch. lib. 6. sum. cap. 4. à n. 18. & que ad 22. Lay. li. 4. sum. tr. 5. c. 1. n. 9. q. 2. concl. 4. & n. 13. q. 10.

PUNCTUM IV.

An prælatus regularis possit subditis præcipere quancunque rem honestam, siue sit intra siue supra regulam.

SUMMARIVM.

1. Proponitur dubitandi ratio.
2. Resoluitur quancunque rem honestam ex voto obedientiæ præcipi non posse à prælatis.
3. Satisfit rationi dubitandi.
4. Quæ in regula continentur tacite, vel expresse, præcipere potest.
5. Exponuntur casus frequentiores, qui in regula tacite continentur.
6. Missio ad Indos non continetur sub regula quancunque, bene tamen sub regula Societatis Iesu.
7. De obligatione cum periculo vitæ, & qualiter exponi possit, ubi de curandis infirmis contagio infectis.
8. An obligari possit signare asperitates regulæ primitiua à Pontifice approbata, & proponitur difficultas.
9. Sub distinctione fit satis.
10. Communis sententia defendit regulam reformatam te obligatum esse seruare.
11. Qualiter hæc communis sententia vera sit.

1. Videtur posse prælatus quancunque rem honestam præcipere suis subditis. Tum quia subditi omnem suam voluntatem in prælati voluntatem transferunt. Tum quia proficentur perfectam Christi sequelam, de cuius ratione esse videtur, vt omnem suam voluntatem penitus abneget, & sub superioris nutu constituant. Tum denique quia in plurium religionum regulis est præscriptum, vt obediant religiosi prælato in omnibus iis, quæ cupiditatem non apparent continere, vt dicitur in constit. Societatis Iesu 1. p. c. 1. n. 23. & 6. p. c. 1. n. 1. Ergo in his religionibus quilibet honesta præcipi possunt cum sit obedientia secundum regulam.

2. Nihilominus dicendum est, nequaquam posse prælatum religiosi sibi subditis præcipere quæ sunt absolute extra regulam: sic pluribus firmant Nauarr. c. 23. n. 39. & com. 4. de Regul. n. 22. Valent. 2. 2. disp. 7. q. 3. p. 2. sine. & disp. 10. q. 4. pun. 3. circa fin. Gab. Valq. 1. 2. disp. 13. q. 4. n. 21. Sanch. lib. 6. sum. c. 2. n. 15. Suar. 1. 3. de relig. lib. 10. c. 8. n. 6. & est sententia expressa D. Bern. li. de præcepto, & dispensa. c. 7. & D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. & in 2. dist. 44. q. 2. art. 3. Ratio est manifesta: quia superior nequit obligare suo præcepto religiosos, nisi secundum quod ipsi religiosi se illi obediendo tradiderunt: est enim hæc subiectio voluntaria. At religiosi voto obedientiæ solum se tradiderunt obediendo in iis, quæ fuerint secundum regulam. Ergo hæc sola præcipere poteris. Alias si quilibet honesta præcipere possit, potestatem haberet obligandi religiosum ad mutandum statum quod falsum est.

3. Ex his soluitur ratio dubitandi. Non enim religiosus indiscriminatim suam voluntatem in superioris voluntatem transfudit, sed iuxta regulam, quam professus est, neque sequela Christi aliud exposulat. Fateor tamen perfectissimam Christi sequelam & obedientiam extendi ad obediendum prælato in his omnibus, quæ cum statu perfecto assumpto non repugnant: eaque de causa triplitem obedientiam D. Thomas distinxit ex D. Benedicto in 2. dist. 44. q. 2. art. 4. indifferetam, imperfectam, & perfectam. Indifferetam appellauit, quæ est de rebus illicitis, imperfectam, id est minus perfectam, quæ terminis regulæ continetur: perfectam verò, quæ nullis arctatur terminis. Hanc igitur obedientiam Societas Iesu, aliæque religiones consulunt, non præcipiunt.

5 3 4. Igitur

4. Igitur ſolum præcipere poteſt ſuperior quæ in regula obligante expreſſe, vel tacite continentur; quia hæc omnia votum obedientiæ comprehendit. Taciti enim, & expreſſi idem iuris eſt, iuxta regul. expreſſa 156. ff. de regul. iuris, & ibi gloſſa, & l. cum quid ſi. ſi certum petatur. Illa verò ſub regula tacite comprehenſa continentur, quæ moraliter neceſſaria iudicantur ad ipſius regulæ expreſſæ obſervationem, ſic docuit D. Thom. in 2. diſt. 44. q. 2. art. 3. & ibi Duran. q. 4. n. 6. Sylveſt. verbo relig. 6. q. 6. Leſſius lib. 2. c. 41. dub. 9. n. 77. Vaſq. 1. 2. diſp. 154. c. 4. n. 20. Sanch. lib. 6. ſum. c. 2. n. 9. Suar. 1. 3. de vel. lib. 10. c. 8. n. 7. & 13. Quod ſi roges quæ iudicentur moraliter neceſſaria ad ſtatus aſſumpti obſervationem; Reſpondeo non poſſe facile definiri, & præſentis arbitrio potius quam aliis regulis decidendum eſſe. Præſumptio tamen ſemper pro mandato ſuperioris faciendâ eſt. Ex his deducitur qualiter religioſi teneantur obedire prælato novæ auctoritates indicenti. Si enim conſtet ſub regula, nec expreſſe, nec virtute cas auctoritates conſtricti (quod non eſt facile præſumendum) nullam obediendi obligationem habent. At ſi ſub regula ſaltem virtualiter comprehenduntur, obligationem habent obediendi: ſic relati Doctores.

5. Placet tamen aliquos caſus expendere, ex quibus colligi alij poſſunt: an ſub regula comprehendantur? Primo enim comprehenditur ſub obedientia regulæ iuſta punitio ob illius tranſgreſſionem: quia hæc ad communem illius obſervationem neceſſaria eſt: aliâ paſſim regulæ violantur, ſic ferè omnes doct. apud Suar. tom. 3. de vel. lib. 10. cap. 8. num. 7. Leſſius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 77. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 2. num. 45.

Secundò, ſi ieiunium, recluſio, aliave pœnitentia iudicetur moraliter neceſſaria, ſeu valde conveniens, vt peccati lapſum euites, vota, ſtatutaque religionis exactè obſerves, poterit ſuperior ad eius obſervationem te præcepto obligare, quippe hæc ſub regula implicite continentur: ſic aliis relatis Suar. num. 8. Leſſius & Sanch. ſup. Quod optimè confirmatur ſtatuto Bonif. VIII. cap. vnic. de ſtatu Regular. renouato per T. rid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul. perpetuum clauſuram monialibus, tamen ſi eam proſeſſe non ſint, indicenti: quia ad obſervationem caſtſtatis promiſſæ iudicata eſt clauſura perpetua moraliter neceſſaria.

Tertiò ſub regula eſt indiſtinctio aliquorum ieiuniorum, aliarumve pœnitentiarum ob publicam neceſſitatem. Si enim Epilcopus ob hanc cauſam hæc præcipere poteſt iuis ſubditis, cur non prælatus regularis ſuis religioſis, cum in illos non ſolum poteſtatem iurisdictionis, ſed dominantiam, & ex voto habeat? præcipue cum hæc ad rectam illius ſtatus gubernationem conducant, & ira docet Leſſius, & Sanch. ſuprà, Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 8. quaſt. 4. in fine. Hæc certa; at dubia ſunt, & à doctores controuerſa.

6. Primum; an ſub regula comprehendantur miſſio ad Indos, & infideles ad eos conuertendos, vel miſſio ad terram hæreticorum ad eos reducendos? Aſſumant aliqui de omnibus religionibus, quarum inſtitutum eſt, non ſolum propria, ſed ſalutem proximorum incumbere; quippe ad hunc ſtatem conſequendum valde neceſſaria eſt hæc miſſio. Præterea infideles, & hæretici in maiori ſunt neceſſitate conſtituti, quam fideles, & catholici, ergo religioſi obligati ex inſtituto procurare proximorum ſalutem, efficacius obligati ſunt infidelibus, & hæreticis, quam reliquis. Et ita ſupponere, videre Sorus lib. 7. de inſtit. quaſt. 2. art. 4. in fine corp. Nihilominus dicendum eſt, ex ſolo illo ſine generali procurandi proximorum ſalutem non ſatis probari ſub regula illarum religionum contineri miſſionem ad Indos, reliquoſque infideles, & hæreticos; quippe hæc miſſio, horumque conuerſio, eſt Eccleſiæ valde neceſſaria ſit, difficillima eſt, multique periculis, tum animæ, tum corporis expoſita, ad quæ ſubeunda nemo eſt præſumendus obligatus ex generali promiſſione procurandi proximorum ſalutem, ſed neceſſario requiritur ſpecialis, & expreſſa obligatio: ſic docuit Cordub. in expoſit. reg. D. Franciſci, cap. 10. & 12. quaſt. 2. Man. Rod. quaſt. regul. tom. 3. quaſt. 19. art. 7. & 2. tom. ſum. cap. 9. num. 5. Ludovic. Lopez 1. part. inſtruit. cap. 56. veri. & an prælati. Leſſius lib. 2. cap. 41. dub. 9. num. 77. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 2. num. 47. Suar. tom. 4. de relig. tract. 10. ſib. 8. cap. 4. n. 22.

Noranter dixi miſſionem ad Indos, & infideles conuertendos, & inter eos habitandum non contineri ſub regula obligante, quia aliter dicendum eſt, ſi in eorum terris aliquis conuentus ordinis eſſet ædificatus, poſſet inquam illius prælatus religioſos illic mittere, ibidemque ad habitandum compellere; quia non compellet ad habitationem ſuæ profeſſioni alienam, ſed maxime propriam, & debitam, vt conſeruari poſſit, vt bene notauit Suar. d. lib. 6. cap. 4. n. 22. ex Nauarr. com. 3. de Regular. num. 22.

Religioſi verò Societatis leſu non ſolum qui profeſſi ſunt quatuor votorum, ſed omnes alij tametſi ſolis biennij votis aſſiſtenti mitti poſſunt ad Indos, & Sarracenos conuertendos,

& inter eos commorandum, etiamſi nulla domus vel collegium Societatis ibi ædificatum ſit; quia ſuis Societatis euilibet religioſo propoſitus eſt peragere omnes mundi partes; vbi operatur manus Dei obsequium & proximorum ſalus, eaque de cauſa dicitur 9. part. conſ. cap. 3. 39. Mittere poterit (licet Generalis præpoſitus) omnes ſibi ſubditos ſive profeſſionem emiſerint, ſive non emiſerint, quos mittendos iudicauerit, ad quaſlibet mundi partes (ſi eſt, vt in declarationibus ſubiicitur) inter fideles in Indiis, & inter infideles, vbi ſunt aliqui incolæ Chriſtiani, & etiamſi nulli ſint ad quodvis tempus vel definitum, vel indefinitum, ad quamvis actionem ex iis, quibus vti ad proximorum auxilium Societas ſolet, exercendam. Sic docuit Ribadeneira de Societatis inſtituto, cap. 20. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 2. num. 47. Suar. tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 4. cap. 12. num. 17. Aduertenda tamen ſunt illa verba conſtitutionis ad quamvis actionem ex iis, quibus vti ad proximorum auxilium Societas ſolet exercendam. In quibus tacite declaratur ad alias actiones, quas Societas exercere non ſolet in proximorum auxilium non poſſe Generalem mittere ex obligatione Societatis religioſos. Vnde non poteſt ex vi voti obedientie obligare religioſos vt cauſa redimendi captiuos, legationis faciendæ, negotij alicuius tractandi commodum temporale reipublicæ ſpectantis illic proficiantur, vt rectè notauit Suarez tom. 4. de relig. libro 4. capite 11. numero 11. & 18.

7. Secundò dubitatur de obligatione cum periculo vitæ: an poſſit a ſuperiore imponi; Et quidem ſi ex actione illa periculofa bonum commune religionis pendet, non dubito à ſuperiore præcipi poſſe: ſi enim princeps ob bonum temporale reipublicæ poteſt ſubditos ſuos ad bellum, & nauigationem periculofam obligare, cur non poterit prælatus regularis ſibi ſubditis ob bonum totius ſue religionis eam obligationem imponere? poteſt vitæ, & ita tradit relato Caetan. 3. tom. opuſc. tract. 9. & communis ſententia in 1. 2. quaſt. 96. art. 4. Suarez tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 2. cap. 9. num. 29.

Ex qua doctrina deducitur, qualiter poſſit obligari aſſiſtere iuſtitiis peſte infectis, ſi enim iuſtitiæ ſunt fratres ciuilem religionis, compelli abſque dubio potes; quia ad conſeruationem, & bonum regimen religionis pertinet religioſos muna ſibi obſequia præſtare, & in neceſſariis ſuccurrere, & ita docet Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. libro 2. cap. 9. numero 19. Man. Rodrig. quaſt. regul. tom. 3. quaſt. 31. artic. 3. Sanchez lib. 6. ſum. cap. 1. num. 61. Conſideranda tamen eſt in hac parte conditio infirmorum, & inferuentium, præcipere enim vitis delictis, vel ſpeciali ſcientia, & virtute pollutibus, & religioſi proficiunt, vt infirmis carentibus ſupradictis dotibus iſeruiant, cum ſint alij, per quos illud officium exerceri poſſit, rationi diſſonum eſt, & bono communi religionis aduerſum; ac proinde obligare non poteſt id mandatum, ſic Man. Rodrig. diſt. quaſt. 31. artic. vlt. Sanchez num. 57.

Si verò infirmi exteri ſunt, regulariter non teneris eam eo vitæ diſcrimine eis cibaria ſuppeditare; quia ex præcepto Charitatis non obligaris efficacius, quam alij clericis ſæcularibus. Ex voto autem, & profeſſione religionis non obligaris, ſi religionem profeſſus ſis monachalem, ſeu ſpectantem ex inſtituto propriam tantum ſalutem, vt dixit Man. diſt. artic. 3. Sanchez num. 59. At ſi profeſſus ſis religionem mendicantem, ſeu ex inſtituto proximorum ſalutem ſpectantem, ſolum videris obligatus, cum verget proximorum ſpiritualis ſalus; eo quod non adert parochus, neque alius clericus etiam mercede ab Epilcopo conductus qui eis poſſit, & velit ſacramenta miniſtrare, hoc enim teſte Sanchez num. 62. prius tentandum eſt, quam tibi obligatio imponatur, quia ſolum in ſubſtitum parochorum, & aliorum clericorum videris obligatus. At ob medicinas, & cibaria miniſtranda non videris obligatus poſſe; quia tuæ religionis ſinis non eſt proximorum temporalis ſaluti, ſed ſpirituali incumbere, & ita docuit Atmilla verbo obedientia num. 5. & Tabiena ibi, quaſt. 5. num. 6. Adde non carere probabilitate neque ob neceſſitatem ſpiritualium te obligari poſſe, quia eſto ex inſtituto habitans eſſe coadiuorem Epilcoporum, & parochorum in ſpirituali proximorum ſalute, id debet intelligi ſecundo charitatis ordine, ex cuius obligatione non teneris proximorum ſaluti conſulere ſtante tuæ vitæ periculo. Sic Nauarr. ſum. cap. 24. num. 11. Caetan. 2. 2. quaſt. 26. artic. 5. ad ſen. Bann. quaſt. 33. artic. 3. dub. 4. Certum tamen exiſtimarem, ſi aliquando bono nomini religionis norabiliter expeditur religioſum peſte infectis aſſiſtere poſſe, & debet prælatus ſibi ſubditum obligare ad id munus obendum, tænerique religioſum cuiuſcumque ordinis ſubditum obligatur

DE
ASTR
PALA
TONI
II

obligantur bono communi religionis consulere, colligitur manifeste ex Suar. tom. 4. de relig. tractat. 8. lib. 2. capit. 9. num. 29.

8. Tertio dubitatur; an obligari possis sustinere asperitates regulæ primitivæ à fundatore institutæ, à Pontifice approbatæ tametsi decursu temporis relaxata sit: Videris posse obligari; quia voces obedientiæ secundum regulam, quod intelligi debet de regula legitima, non de regula malicia religionum corrupta, præcipuum legi-
ligiosi non videantur potuisse suis transgressionibus efficiam regulæ derogare; quippe illæ transgressiones vocorum paupertatis, castitatis, seu obedientiæ violatæ sunt, At actibus iuri naturali, & divino contrariis introduci non potest consuetudo, quæ regulam deroget.

9. In hac re distinctione utendum est: Aliæ sunt austeritates à regula primitivæ præscriptæ, quæ tamen sub voti actu non continentur. Aliæ quæ ab ipso religionis exordio continentur. Ad observationem austeritatum, quæ sub votis nunquam fuerant contentæ, obligari non potes, si decursu temporis, & consuetudine longæva derogatæ sunt. Possent autem aduersus regulam, & legem has austeritates indicentur præscribi constare ex his, quæ diximus, tractat. 3. de legibus de consuet. ibi enim probamus aduersus quamlibet legem Ecclesiasticam præuolare consuetudinem posse. Lex autem illa statuens has austeritates pro maiori religionis status observatione Ecclesiastica est. Ergo potuit derogari consuetudine. At si derogata nec lex est, nec regula, ergo votum obedientiæ secundum regulam illas austeritates non comprehendit, & ita docet Nauarr. capit. 12. numer. 50. Lud. Lop. 1. p. instruat. capit. 4. versicul. non excusatur. Suar. tom. 3. de relig. lib. 10. tom. 2. numer. 18. Sanchez lib. 6. sum. capit. 2. numer. 26. & sequentibus. Verum si austeritates, & regulares obseruantie sub votis fuerint ab ipso institutore contentæ necessario debes factio voto eas obseruare; quia contra votum vtpote obligationem iure diuino, & naturali inducens, nulla consuetudo præualet. Sic Nauarr. Sanch. & Suar. supra. Hoc autem procedit, dum vrget præceptum, & lex ita tenet sub votis religionis eas obseruantias comprehendit; at quia hæc comprehensio iuris est Ecclesiastici non diuini, consuetudine derogari potest. Quæ derogat. postea vota denuo facta eas obseruantias non comprehendunt. Ex his dissoluta manet dubitandi ratio. Nego enim votum obedientiæ semper fieri secundum rigorem regulæ à fundatore institutæ & in principio approbatæ, sed fieri secundum quod consuetudine legitime præscripta mitigata est. Consuetudo autem mitigat, & derogare potest regulam, quatenus talis est; tametsi quatenus est sub voto comprehensa derogari non possit.

10. Quarto dubitabis de regula reformata, & in pristinum statum restituta à Prælato cum generali capitulo; an tenearis ex vi professionis ante reformationem factæ eam obseruare? Nam ex professione post reformationem nemini est dubium. Communis sententia affirmat, quia illa non est noua austeritas, sed antiquæ debita restitutio. Item religionis prælato cum capitulo generali concessum est posse religionem collapsam erigere, & constitutionibus denuo editis reparare, ne penitus pereat, sed hoc efficaciter præstare non potest, nisi simul possit sibi subditos ad eam obseruantiam mouere. Ergo dicendum est facta reformatione omnes obligatos esse. Sic docuit Felin. capit. cum omnes numer. 15. de consuet. Abbas capit. super de versiculo austeritatem numero 6. de Regular. Silest. verbo religio 6. question. 6. Azor. tom. prim. institution. moral. lib. 23. capit. 11. question. 17. & 19. Gab. Valq. 1. 2. disputation. 154. capit. 4. numero 15. & sequentibus pluribus relatis Sanch. lib. 6. sum. capit. 1. numer. 35. Suar. tom. 3. de rel. lib. 10. capit. 7. numer. 19. Layman lib. 4. sum. tract. 5. cap. 9. qu. 4.

11. Hæc sententia eo tantum casu vera est, quo reformatio iudicaretur maximè expediens, seu moraliter necessaria ad conseruationem religionis assumptæ in statu mitigationis per legitimam consuetudinem introductæ, sic colligitur ex supra relatis doctoribus. Ratio est; quia ex voto solum potes obligari ad obseruandam regulam quatenus viget, non quatenus abolita est; & deinde obligari tantum potes ad obseruandam quæ necessaria fuerint ad illius secundum statum assumptum conseruationem vtpote tacite, & in virtute sub regula comprehensa, non tamen ad statuta, quæ moraliter necessaria non sunt ad regulæ mitigatæ conseruationem; quia sub tuo voto, nec expressè, nec tacite continentur. Alias posses ad nouam religionem obligari. Quod si roges, quando iudicabitur reformatio moraliter necessaria ad religionis assumptæ conseruationem? Oprimè responderet Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 9. quæst. 4. co. 2. inquit enim.

Tunc reformatio regulæ necessaria videri debet ad regulæ ordinis conseruationem, si cum præsentis obseruatione paucissimi ad perfectionem religiosam peruenire studeant, si cum scandalo & querela secularium viuunt. vt expediret omnino religionem dissolui, quam ita continuari, si neque essentialia voto v. g. quæ ad paupertatem religiosam spectant, communiter obseruentur.

PUNCTUM V.

An possis obligari ad relinquendam subiectionem debitam in statu assumpto.

SUMMARIUM.

1. Ex voto nunquam potes obligari ad relinquendum statum matrimonio assumpto.
2. Neque etiam obligari potes ex voto religiosæ obedientiæ communiter factæ Episcopatum acceptare; bene tamen alio capite.
3. Ad acceptandum beneficium seculare, vel alterius Ordinis obligari non potes, bene tamen ad acceptandum beneficium tui Ordinis.
4. Non potes obligari ad transitum alterius Religionis.

1. Debitam subiectionem relinquere potes legitimo matrimonio contracto, assumptione ad Episcopatum vel beneficium curatum, & per ingressum alterius Religionis. Regula ergo certissima est, nullo modo posse voto obedientiæ obligari ad debitam subiectionem relinquendam; quia non potest votum tibi esse contrarium illo enim subiectionis Religionis. Ergo ex illo à Religionis liber esse non potes. Quod amplius explicatur expendendo modos, quibus debita subiectionis relinquatur. Et primo ad statum matrimonij constat ex professione Religionis te obligari non posse; si quidem professione Religionis supradictæ statui renuncias. Quare si in aliquo casu rarissimo ad contrahendum matrimonium obligari posses, ea obligatio non ex potestate à voto accepta, sed aliunde provenire debet: Sic omnes Doctores.

Deinde ex vi voti non potes obligari ad Episcopatum assumptum; quia eo assumpto manes liber ab obedientia regulari c. 1. 18. q. 1. cui votum te subiecit. Ergo ex illo non potes ab obedientia regulari libertatem consequi. Et confirmo. Votum obedientiæ est secundum regulam; at Episcopatus est extra regulam. Ergo ad illius acceptationem votum non extenditur. Adde Episcopatum non referre ad bonum Religionis, & Religiosi, sed ad bonum commune Ecclesiæ, cui prouidere non est Prælati regularis, & ita tradit Lessius lib. 2. de iustit. cap. 51. dub. 9. n. 76. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 10. n. 21. Sanch. lib. 6. sum. cap. 2. n. 49. Verum est hoc ita sit, potest Pontifex te in Episcopatum assumere, quoties id Ecclesiæ expedire iudicauerit non ex vi voti obedientiæ, sed ex iurisdictione, quam habet in totam Ecclesiam, cui eius cura, & regimen concessum est, vt pluribus relatis firmat Suarez dicto cap. 10. num. 19. Sanch. num. 49.

2. Maior difficultas est an ex vi voti obligatus sis non consentire Episcopati absque licentia tui Prælati? Ratio difficultatis est; quia in cap. Religiosus de electione in 6. irritus declaratur consensus absque tui Prælati licentia, ibi, consensus non tenet. Nihilominus ex vi illius textus non conuincitur, te obligatum esse ex vi voti ad non præstandum consensus absque superioris licentia; quia consensus absque superioris licentia prohiberi, & irritari potest iure Ecclesiastico, vt de facto prohibetur, & irritatur, absque eo quod ex voto vlla sit prohibitio, aut irritatio. Adde Episcopatum statum esse Religionis perfectiorem, nullo modo dispositioni regularis Prælati subiectum. Ergo ex vi voti regularis obedientiæ non prohiberis eius electioni tuum consensum præstare. Verum est hoc ita sit negari non potest, te potuisse voto obedientiæ ad id obligari; cum sit res honesta, & iuri communi conformis, vt docet Suarez 3. de Relig. lib. 10. c. 10. n. 14. Aduertere tamen debes, solum consensus in electionem absque Prælati licentia tibi esse prohibitum; quia Textus in cap. si Religiosus tantum de electione loquitur, non de collatione, & præsentatione. Vnde consensus in hac prouisione nec est nullus, nec videtur prohibitus; tradit Suarez dicto cap. 10. n. 16. & 17. Deinde loquitur textus non de cuiusvis beneficii electione, sed Prælati; qualis non est beneficium curatum, nec simplex; potes ergo hæc inconsulto Prælato acceptare, si in ea prouidearis à potente conferre.

3. De obligatione verò accipiendi beneficium curatum, aut simplex, sub distinctione respondendum est: si beneficium seculare sit, non potes ab illo Prælato regulari etiam supremo, quatenus talis est, obligari, quia illa beneficia non pertinent ad regulam; cum te extra regulam, obseruantiamque

regularem conſtituant; neque eorum prouiſio ſpectat bonum monaſterij, ſed bonum Eccleſiæ. Sic Nauarr. *comm. 4. de Regul. num. 23.* Man. Rod. *l. 1. q. regul. q. 14.* Suar. *l. 3. de Rel. lib. 10. c. 10. in fine* Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 2. n. 51.* Ab hac doctrina excipiunt aliqui Doctores munus parochorum inter Indos, quod cum ex motu Pij V. Religioſi conferri poſſit, videtur ad Religionem pertinere, & quaſi regulare eſſe; ac proinde poſſe Religioſos ad illud ſubeundum compelli. Sic Ladou. Lopez *l. p. inſtruct. c. 56. col. 3.* Man. Rodrig. *2. ſum. cap. 9. n. 6.* Suar. *d. cap. 10. in fine.* Sed oppoſitum verius cenſeo cum Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 3. num. 50.* quia illa Pontificia conceſſio non mutat beneficij ſecularis naturam, & conſequenter non præſtat, vt ad illud ſubeundum obligari poſſis. Quod ſi beneficium regulare ſit tui Ordinis, ad illud ſubeundum compelli à tuo Præſato potes; cum enim à Religioſis illius Ordinis adminiſtrari debeat, neceſſum erat, vt Præſatus penes quem eſt Ordinis miniſtratio poteſtatem haberet compellendi ad illius beneficij adminiſtrationem. Nauarr. Suar. Sanch. & Man. *locis allegatis.* Sumiturque ex *cap. quorundam de electione in 6.* Quod extendi debet ad beneficium, etiamſi reditus tenues habeat; quia non commodum Religioſi, ſed Religionis in hac adminiſtratione ſpectatur, & docuit Nauarr. & Sanch. *ſuprà*, & Suar. *l. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 19. n. 5.* ob illud tamen tenue beneficium, & ad ſuſtentationem inſufficiens, non poterit Religioſus à Præſato obligari relinquere monaſterium, vt in eo reſideat, niſi ex bonis monaſterij inſufficientiam alimentorum ſuppleat. Suar. *loco allegato.* Notanter dixi tui Ordinis; quia ad beneficia regularia alterius Ordinis compelli non potes; quia ea, eorumque munera tua Religioſi non competunt; ac proinde non cenſeris ad ea ſubeunda obligatus. Sanch. *d. cap. 2. num. 51.*

Hinc ſic te obligari poſſe ex voto obedientie ad ſubeundum munus Prælati; alteriſſe officij in tuo Ordine, ſecus extra Sanch. *num. 52.*

4. Vltimo dicepudum eſt de tranſitu ad aliam Religionem, ad quem certum exitimo te obligari non poſſe. Tùm ob rationem generalem, quia non videtur poſſe ſuperior præcipere ſubdito id per quod ab eius obedientia exitur. Tùm quia vel Religio aſſumenda eſt æqualis, inferior, vel ſuperior: Si inferior; aut æqualis ſit Religioſi aſſumptæ, ſub voto facto comprehendi non poteſt, vt potius minus bonum; Si perfectior, continetur ſub voto per modum exceptionis: promittis enim obedientiam in hoc Ordine, dum perfectiorem ingreſſus non fueris; at quia non promittis perfectiorem ingredi, nec obedire Præſato eius ingreſſum præcipienti; ea de cauſa obligari non potes. Sic Suar. *tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 10. n. 4.* Qualiter autem poſſis ex vna Religione ad aliam tranſire, infra dicemus.

P V N C T V M V I.

An Religioſis interdicta ſit habitus ſuæ Religionis dimiſſio, & ſub qua pœna?

S V M M A R I V M.

- 1 Sub pœna excommunicationis dimiſſio habitus interdictur.
- 2 Religioſus Societatis Ieſu in hac excommunicationem non incidere docet Sanch. Probabilis eſt oppoſitum.
- 3 Explicatur qua ſit temeraria habitus dimiſſio.
- 4 Non requiritur noua habitus dimiſſio, tamenſi contra ſententiam Sanch.
- 5 Si retento habitu propria Religionis ſecularem induas exteriùs, incidis in dictam excommunicationem.
- 6 Non caret oppoſitum probabilitate.
- 7 Eſto excommunicationem vitares occultatio habitum; et non vitas peccatum mortale.
- 8 Hac dimiſſio habitus debet eſſe temeraria, & qua hæc ſit.
- 9 Non excuſaris ab hac cenſura, ex eo quod habitum alterius Religionis induas.
- 10 Non excuſaris ex eo quod ſit hæc habitus dimiſſio intra clauſtra propria Religionis.
- 11 Neque excuſaris ex eo quod per horam tantum dimiſeris.
- 12 Bene excuſaris, ſi ob actionem coactam in proximorum utilitatem dimiſeris. Item ſi ob graue aliquod damnum vitandum.
- 13 Item excuſari potes ex diſpenſatione.

1. Eſſe omnibus Religioſis præſſis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda interdictam temerariam habitus ſuæ Religionis dimiſſionem compertum eſt apud omnes. Ex *cap. vt periculosa. Ne clericis, vel monachi in 6. ibi.* vt periculosa Religioſis euagandi materia ſubtrahatur, diſtinctius inhiibemus, ne de cætero aliquis quacumque Religionem tacite, vel expreſſe profeſſus in ſcholis, vel alibi

temere habitum Religionis ſuæ dimittat: & paulò inferius. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto. Ratio huius prohibitionis, vt conſtat ex proœmio dicti cap. eſt ut Religioſi occaſionem habeant euagandi. Præterquam quod facti rationi conſonum eſt, ne habitus qui datur in ſignum facti Religioſi aſſumpti dimittatur non dimiſſo ſtatu, ad quem ſignificandum aſſumitur. Hæc igitur prohibitio circa Religioſos profeſſos verſatur, ibi, *tacite, vel expreſſe profeſſos.* Quod intelligendum eſt, ſive viti ſint, ſive feminæ; quia de omnibus eſt eadem ratio. Vnde nouitij non comprehenduntur, & merito; quia in illis non poteſt eſſe temeraria habitus dimiſſio, cum pro libito à via incepta deſistere poſſint, & libere vagari.

2. Difficultas autem eſt de Religioſis Societatis tam profeſſis, quam non profeſſis, an ſi temere habitum dimittant, peccent mortaliter, & excommunicationem ſupradictam incurrant. Negat Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 8. num. 70.* eo quod Societas nullum ſpecielem habitum habeat, ſed communem, & accommodatum vſui patriæ, vt dicitur *6. p. conſtit. cap. 2. n. 11.* At dictus textus vt periculosa, ſupponit profeſſos dimittente habitum ſuæ Religionis habere ſpecielem habitum, quo à cæteris diſtinguantur; aliàs ex illius diſpoſitione occaſionem vagandi non habebunt. Verius tamen credo ſub eo decreto Religioſos Societatis comprehendij, quia eſto non habeant habitum vnicum, & ſpecielem, quo in omni loco vti debeant, teneant tamen vti habitum honeſto clericorum illius Religionis. Ergo ſi hunc dimittunt, & ſeculari veste induantur, proprium habitum ſuæ Religionis dimittunt. Aliàs ſi ſub dicto decreto Societatis Religioſi non comprehenduntur, non committent per ſe vllam culpam temere habitum deponentes, & ſecularem induentes; cum iure naturali habitus Religioſi dimiſſio ſtante ſitmo propoſito non retrocedendi ab ſtatu prohibitus non ſit. Quod certe durum eſt, & vagandi materiam ſatis aptam præbet, & licet textus loquatur de profeſſis, id fecit gratia ſequentium vſus; & quia eo tempore nullus erat religioſus à nouitiis diſtinctus, qui tacite, vel expreſſe profeſſus non eſſet.

3. Actio vero hoc decreto prohibita eſt temeraria habitus dimiſſio. Circa quam occurrit dubitandum, quæ de poſſio habitus ſit temeraria illius dimiſſio. In qua re certum eſt, non eſſe temerariam habitus dimiſſionem, cum illum deponis ad dormiendum, quietandum, natandum, aliamve ſimilem actionem; quia illa non eſt dimiſſio, ſed prudens, & cordata de poſſio, ſeu nudatio, & ſpoliatio. Sic Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. num. 3. & omnes.* Perit ergo habitus dimiſſio de poſſio illius fieri animo occultandi ſtatum, & ſe alium ab eo, qui eſt ſignificandi; Ex quo ſit non eſſe proprie dimiſſionem habitus, ſi illum deponis, vt aptius aliquam pertinem in ludo, & recreatione repræſentes, vt cutlam velociorem conſumes, vt lapidem expeditis proſicias; quia illa diſpoſicio non eſt ſtatuſ voluntaria occultatio. Sic Nauarr. *cap. 46. n. 131.* Man. Rodrig. *queſt. reg. t. 2. q. 76. art. 6. notab. 2.* Azor. *l. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 13. q. 5. col. 16. & cap. 17. q. 9.* Suar. *tom. 5. de conſer. diſp. 23. ſect. 4. n. 27.* Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 8. n. 51.* Quod intelligendum eſt, tamenſi aliæ viles ad eam effectum induantur, vt nuper relati Doctores notant, & ratio facta conuincit. Imò Nauarr. Suar. & Sanch. *pluribus relatis,* doctrinam extendunt ad de poſſionem habitus ob ſuam turpem, vel inuoluſtum, ſcilicet vt voluptuoſos fornicare, vel liberius furari. Sed hoc intelligi debet, dummodo prima intentio deponendi habitum ſit voluptas fornicationis, & furri expedita executione. Nam ſi primo intendis tuum ſtatum occultare, vt ſic liberius pecces, non dubito; quin illa ſit vera, & propria habitus dimiſſio excommunicationi ſubiecta.

4. Dubium igitur eſt, debeãſne in de poſſione habitus alium accipere, vt cenſearis vetè, & proprie habitum dimittente. Aſſertant Sylueſt. verbo *excommunicat. 9. col. 24. n. 51.* Nauarr. *ſum. cap. 27. n. 131.* Man. Rodrig. *q. regul. 2. q. 76. art. 6.* Sanch. alios referens *lib. 6. ſum. cap. 8. n. 51.* Mouentur; quia aliàs non eſt dimiſſio, ſed nudatio, & ſpoliatio. Item ex ſola habitus Religioſi nudatione, niſi alius accipiat, non eſt Religioſi occaſio vagandi, quia non ſolent nudi, vel indecenter veſtiti incidere. Nihilominus verius cenſeo ſolam de poſſionem habitus ob ſuam occultandi ſtatum, eſſe veram habitus dimiſſionem, tamenſi alium nouum non induas; quia potes de poſſito tua Religionis habitum ſolis veſtibus inuenis veſtitus incidere omnino incognitus. Ergo eſt dimiſſio habitus, ex qua datur occaſio vagandi, quæ licet non ſit æque frequens, & apta ac ea, quæ nouis veſtibus indutus incidis; ſufficit tamen, vt præbeat tibi occaſionem vagandi incognitus. Sic Suar. *l. 5. de conſer. diſp. 23. ſect. 4. n. 28.* Neque illa de poſſio eſt dicenda nudatio; aut ſpoliatio, cum ſtat ex animo te occultandi, ſed vera, & propria dimiſſio.

5. Sed quid dicendum, ſi retento habitu propria Religionis ſecularem induas, & ſic incognitus incidas, iudicandūne eſt habitus dimiſſus, & excommunicatus? Communiter

sententia affirmat, ut constat ex pluribus, quos refert, & sequitur Sanch. lib. 6. sum. cap. 8. num. 63. quia illa occultatio licet non sit materialis habitus dimissio, est vera, & formalis, siquidem ea facta tollitur ab habitu esse signum cognoscitivum Religiosi status, ad quem significandum ille habitus materialis assumitur. Aliis si retento interitus habere, & occultato possit excommunicationem dimittentibus habitum imposse fugere, facile legem prohibentem dimissionem eluderet. At quoribus lex penalis eludi potest extensione non facta, communiter Doctores censent, extendi debere, ut constat ex cap. in nonnulla de iudicis; ubi iubentur Iudaei commorantes inter Christianos signum quoddam gestare, quo fecerantur, qui si oculum gestent, poenas ibi impositas non evitant, & ex cap. quaquam usurarij, de usuris in 6. ubi irritato testamento usurarij irritatur codicillus, & donatio causa mortis. Et ex Clem. 1. de sepultur. prohibente sepelire in cimiterio tempore interdicti, censetur in Ecclesiis prohibendum esse, ne inquam finis leges eludatur. Quia in dispositione legis potius mens, quam materialia verba spectanda est.

Nihilominus etsi supradicta sententia, ut longè verior, probabilior, & communior amplectenda sit in iudicando, & consulendo. At opposita probabilitate non caret: tenet enim eam Sayro de censur. lib. 6. c. 33. num. 9. & 10. Suar. 2. 5. de censur. disp. 23. sect. 4. num. 31. & 34. & tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. num. 12. & alij relati à Sanch. dicto cap. 8. num. 62. Ipsaeque affirmat esse factis probabilem. Ratio est, quia in eo textu non queritur occasio vagandi prohiberi, sed quae sit per dimissionem Religiosi habitus. At occultans habitum nonnullum dimittit, sed potius retinet, occultum tamen. Neque est verum occultantem habitum dimittere signum Religiosi status; non enim illud dimittit, sed dissimulat & elat. Ergo poena imposita dimittentibus non debet extendi ad occultantem. Neque iterum est verum, ex hac occultatione finem legis eludi; non enim ita facile Religiosus incidere potest incognitus retento habitu, ac illo dimisso. Deinde lex penalis ad summum extendi potest ad casum sublata verborum forma comprehensum; & occultatio habitus non continetur sub dimissione, sed potius est illi opposita: ergo. Neque textus in contrarium relati videntur. Nam in cap. in nonnullis, non praecipitur Iudaeis utrunque determinatio habitus gestati, sed qua publicè ab alijs populis distinguantur, ibi fratrum ut tales utriusque sexus in omni Christianorum Provincia, & omni tempore, qualitate habitus publicè ab alijs populis distinguantur, quod cum occultatione esse non poterat. In cap. quaquam usurarij, etsi non careat difficultate extendi irritationem testamenti ad codicillos, ut tradit Glossa ibi; ac illa non est extensio, sed inclusio. Tum quia codicillus est quoddam testamentum, est enim mentis testatio. Sed aliud in fine de testament. Tum praecipit, quia textus de dispositione in vltima voluntate loquitur, ut colligitur ex primis verbis ibi in vltima voluntate mandaverit, ac proinde codicillus, & donatio causa mortis, quae sunt vltimae voluntatis dispositiones comprehendendi debent, & licet textus solum testamentum expresserit id gratia frequentioris vius fecit, non ut dispositio ad solum testamentum restringeretur. Igitur ex hoc textu ad nostrum casum delumi non potest argumentum; cum occultatio habitus non sit illius dimissio, tamen occasio vagandi, Minus videtur Textus in Clem. eos qui de sepultur. Concedo namque prohibita sepultura in cimiteriis à fortiori in Ecclesiis prohiberi; cum Ecclesiae sint loci sacratiores. Expressit autem Pontifex cœmeteria, quia frequentius ibi corpora sepeliebantur, quam intra Ecclesiam.

7. Sed quamvis verum sit ex occultatione habitus illo retento excommunicationem vitari; in peccatum graue incidit. Tum quia occasionem vagandi assumit. Tum praecipue quia Trident. supponit hanc occultationem grauitate esse prohibendam siquidem sess. 25. c. 19. de Regularibus prohibet Praelatis, ne licentiam Religiosis concedant habitum suae Religionis tegendi, qua licentia non indigerent, si nulla illis esset prohibitio. Barbosa in remission. Concil.

8. Habitus tamen dimissio censuram inferens debet esse temeraria, ut constat ex 20. ubi, temerè habitum suae Religionis dimittit, & infra. Temerarius violator exiterit. Quapropter ignorantia crassa modo affectata non sit, etsi à peccato non excuset, ut tradit Suar. tom. 2. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. n. 8. excusat ab hac censura quia non est praesumptio nec temeritas, ut pluribus firmat Sanch. lib. 9. de matr. disp. 32. num. 36. & lib. 6. sum. cap. 8. n. 43. Ille igitur temerè habitum dimittit, qui nulla legitima causa ductus dimittit pro nihilo duces legis violationem. Quo sensu dixit D. Thom. 2. 2. q. 11. art. 3. ad 2. & ibi Caiet. temerariam violationem legis esse illius contemptum; non quidem formalem, sed virtuales consistentem in libera, & impudenti legis transgressione, sicut explicat Sanch. & Suar. loc. alleg. Restat examinare; an sint aliqui casus excusantes dimissionem habitus à censura incurrenda, & à peccato?

9. Primò excusant aliqui hanc dimissionem, si habitum alterius Religionis induas, quia eo induto non est tibi materia vagandi, sicut non est Religiosis illius Ordinis. Sed haec excusatio sic absolute sumpta omnino reiicienda est, quippe est contraria Textui in dicto cap. 2. excommunicari eum, qui temerè habitum suae Religionis dimittit quam dimissionem non evitat, esto animi assumat. Non enim dixit textus qui temerè habitum Religionis dimittit, sed notanter addit suae, ut inde excluderet excusationem ex assumptione alterius Religionis habitus. Praeterea, quia ex illa assumptione non tibi subtrahitur absolute materia vagandi, cum facile possit deprehensus probare non esse Religiosum illius Ordinis, quem habitus indicat. Quo probato, & habitu dimisso libera tibi vagatio permitteretur, cum non constet cui Religioni affectus fuisse pluribus relatis Sanch. lib. 6. sum. cap. 8. n. 65. Suar. 2. 5. de censur. disp. 23. sect. 4. n. 32. verum si simul cum susceptione habitus alterius Religionis, illam ingrediatis, tamen contra iura, & iniuste pluribus firmat Sanch. dicto cap. 8. n. 68. Rodrig. q. regular. 1. 2. q. 76. art. 8. Lessius c. 41. dub. 13. n. 102. re excusatum esse ab hac censura, quamvis à peccato grauissimo non excusetur. Monet Sanch. quia Textus in dicto cap. 2. eam dimissionem, habitus excommunicationi subiecit, ex qua datur occasio vagandi. At ingressus in Religionem, habitusque illius assumpto vagari non potest ergo, &c. Nihilominus verius cenleo, te censuram non evitare. Sic Syluest. excommunicatio. 9. num. 54. & verbo Religio 4. quæst. 4. Nauar. cap. 27. num. 131. Azor. 1. 1. instit. moral. lib. 12. c. 13. q. 3. & cap. 14. quæst. 10. & cap. 17. quæst. 11. Suar. 2. 5. de censur. disp. 23. sect. 4. numer. 32. Ducor, quia verè, & proprie dimittit habitum tuae Religionis irrationabiliter, & temerè, quamvis alium assumas. Sed dimittenti temerè habitum est excommunicatio imposita quin in textu sit vlla limitatio ob alterius habitus assumptionem; ergo illam contrahis. Neque valet dicere limitari ex proœmio textus intendentis materiam vagandi Religiosis subtrahere, eo quod hic finis videatur obtineri, novae Religionis, & illius habitus assumptione quamvis inuvalida non inquam valet, tum quia verè à tua Religione vagaris: esto apparenter in Religione sis. Tum quia transitus in Religionem nullus non potest iure, & obligationis impedit vagationis materiam, tamen illam de facto impedit eaque de causa probata nullitare transitus, recedere liberè poteris, & vagari quantum est ex parte Religionis nulliter assumptae.

10. Secundo excusant alij hanc habitus dimissionem, si sit intra propriae Religionis claustra non extra. Nituntur illis verbis textus in scholis, vel alibi, temerè habitum suae Religionis dimittat. Verbum enim alibi videtur qualitatem habere praecedentis verbi in scholis; ac proinde intelligi debet de dimissione alibi à claustris, & nichil facta aliis, ut quid expressis in scholis; claustris enim eo omisso diceret, ubi liber, aut in quouis loco. Praeterea, quia habitatio intra claustra impedit dimittentem liberè vagari; ergo, dimisso ea qualitate affecta excommunicationi non subiecit; quippe non praebet materiam vagandi, & ita sustinet. Angel. verbo excommunicatio 7. casu 27. fauer Rosella verbo excommunicatio. 2. casu 16. n. 16. quatenus dicit post factum hanc opinionem esse amplectendam. Verum contraria sententia omnino tenenda est, scilicet hunc Religiosum excommunicationi subieci; quia absolute dimittit habitum suae Religionis, ex qua dimissione per se nascitur occasio vagandi; esto per accidens vagatio impediat; sicuti si dimittentem extra claustra habitum recluderet in carcerem, reclusio impediret vagationem, sed non impediret, quin dimissio praebere occasionem vagandi, & ita tenet, Syluest. verbo excommunicatio. 9. casu 24. n. 54. q. 5. Nauar. c. 27. n. 131. Azor. lib. 12. c. 17. quæst. 15. Sayro de censur. lib. 3. c. 33. num. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 8. n. 61. Hanc sententiam limitant Syluester, & Sayro supra, & Man. Rodrig. 2. 1. quæst. regul. q. 76. art. 6. & alij relati à Sanch. dicto num. 61. ut procedat tantum cum Religiosus se oculis videntium ostendit, secus si se occultare procurat; quia dum se occultat, non videtur animi habere vagandi. Haec tamen limitatio non placet Sanchio, neque Azor. q. 13. & merito; quia Textus in dicto c. 2. non attendit, an Religiosus oculis inventum pareat, seque illis offerat, sed an occasionem assumat se offerendi incognitum, & per orbem vagandi; quod certè praestat habitus dimissione.

11. Tertio excusant alij habitus dimissionem à peccato mortali, & ab incurrenda censura si breui tempore duret, scilicet per horam; quia illa momentanea duratio praestat, ne censetur illa depositio moralis dimissio; sicuti non censetur recedere, qui breui reuertitur, leg. diuortium ff. de diuortio, sic Eman. Sa verbo excommunicatio reservata. num. 9. Tolet. lib. 4. sum. cap. 18. num. 3. Azor. 1. 1. instit. moral. 12. c. 13. quæst. 5. casu. 16. Sanch. lib. 6. sum. cap. 8. numer. 57. Sed verius cenleo hanc excusationem admittendam non esse; eo enim ipso, quod habitum deponis animo occultandi statim, & induendi incognitum, praestas eorum id quod in supradicto textu requiritur

quiritur ad cenſuram contrahendam : dimittis enim tua Religionis habitum, & expeditior redderis vagacioni. Perſeuerare autem in dimiſſione non peritur in textu, & merito, quia perſeuerantia non facit dimiſſionem, ſed dimiſſionem, factam continet, & extendit; & ita tenet Sylueſt. verbo excommunicatio, 9. caſu 24. n. 33. Sayro de cenſur. lib. 3. c. 31. n. 16. Banuez 2. 2. queſt. 12. art. 2. dub. 2. Suar. 1. 5. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. n. 31. & 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 5. n. 9.

12. Quartò excuſaris ab incurrenda cenſura, ſi ob aliquam actionem cedentem in proximorum ſalutem, qualis eſt infidelium, & hereticorum conuerſio, dimittas habitum quam tamen retento habitu commodè exercere non potes. Item ſi ob vitandum tui, tuorumque temporale periculum ſcandali, infamie, iactura, diuitiarum dimittas, quia illa dimiſſio non eſt temeraria, ſed rationabilis, & prudens; & generaliter quoties adeſt iuſta cauſa dimittendi, ideoque in textu dicitur, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitum transformari, ſi fere omnes Doctores apud Sanch. lib. 6. ſum. cap. 8. n. 41. Suar. 1. 5. de cenſur. diſp. 23. ſect. 4. n. 27. & 28. & 1. 4. de Relig. tract. 8. li. 1. cap. 5. n. 13. & 14. Quæ autem ſit iuſta cauſa arbitrio prudentis reſiſquitur, nec opus eſt, vt de iuſtificatione illius euidenter conſeſſus, ſufficiens probabiliter appareat; quia cognitio probabilis excludit temeritatem, & ex alia parte ritulum ſufficientem præſtat ad prudenter operandum, ſic Suar. & Sanch. loc. alleg.

13. Quindò excuſari potes ab hac cenſura, & peccato, ſi diſpenſationem obtineas; cum enim hæc prohibitio, & cenſura ex iure Eccleſiaſtico proueniat, diſpenſatione tolli poteſt. Vt autem licitè à Pontifice præſertur, adeſſe debet iuſta cauſa arbitrio prudentis vt benè aduertit Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 5. n. 15. Hanc igitur diſpenſationem nequit alius à Pontifice concedere, quia eſt diſpenſatio in iure communi, & licet Prælatiſ regularibus data ſit facultas in iure communi diſpenſandi, id intelligitur quoad res frequenter occurrentes, & regulari vitandi modo neceſſarias, qualis non eſt habitus dimiſſio. Quod ſi inſte, ſæpe aggrediendum eſt opus, de quo dubium eſt, an ob illius executionem dimittere habitum poſſis; quo caſu propria autoritate nequis dimittere; quia in caſu dubio excuſante à lege lex ſeruanda eſt. At autoritate Prælati optime potes; habet ergo poteſtatem diſpenſandi: Reſpondeo illam non eſſe diſpenſationem, ſed authenticam legis interpretationem; interpretatur enim eo caſu legem non obligare, & in hanc interpretationem faciendam in caſu dubio Prælati poteſtatem habent, vt potè recto ſubditorum regimini neceſſariam, Suar. diſp. c. 5. n. 17.

P V N C T V M VII.

Qualiter interdicitur Religioſis viris à ſuo Monasterio egreſſus,

S V M M A R I V M.

1. Interdictus eſt hic egreſſus, ſed quo iure expenditur.
2. Non ſolum poſitiuo ſed naturali, ſuppoſita profeſſione interdicitur.
3. Quando ſit peccatum mortale, vel veniale hic egreſſus ſine licentia?
4. Ex licentia expreſſa, vel præſumpta ſuperioris peccato excuſatur.

1. Religioſis interdictum eſſe è monaſterio egreſſum abſque ſuperioris licentia omnes Doctores firmant. Vnde autem hæc obligatio oriatur, an ex iure naturali; an poſitiuo, an ex voto? non ſatis exploratum eſt. Monachis enim, quorum profeſſio erat Deo vacare, & ſaluti propriæ incumbere Alexand. II. in cap. iuxta 16. queſt. 1. videtur præceptum impoſuiſſe, ne è monaſterio egrederentur: ibi, iuxta Calcedonenſis tenorem optimi Concilij monachis quamuis Religioſis ad Normam S. Benedicte intra clauſtrum morari præcipimus, vicos, caſtella, ciuitates peragrate prohibemus & in cap. qui vere eadem cauſa, & queſt. inquit Concilium Calcedonenſe, in locis in quibus ſe ſemel Deo dedicauerunt permanentes, & ſubdit poenam priuationis communionis his tranſgreſſoribus. Idem habetur in cap. placuit. 1. & 2. cap. monachi 2. eadem cauſa 36. q. 1. Sed quia hæc decreta omnibus Religioſis communia non ſunt, & præterea ex illis non ſatis colligitur prohiberi egreſſum vtrunque, ſed ad Eccleſiaſticas functiones exercendas, quibus ſecundum ſuum ſtarum monachi priuati erant, vt potè non ſacerdotes; ea de cauſa ex illis non ſumitur efficaciæ argumentum ad hanc obligationem pro omnibus regularibus ſtatuentiam. Efficacius verò deſumitur argumentum ex cap. quanto de officio ordinari. & clem. 1. 8. quia verò de ſtatu monach. Vbi directè prohibita diuagatione Religioſorum ad curias principum, ſupponitur intra clauſtra commorari debere iuxta regularia inſtituta. Denique Trid. ſeſſ. 25. c. 4.

de Regularibus apertè hanc obligationem expreſſit dicens: Non liceat regularibus à ſuis Conuentibus recedere, etiam pretextu ad ſuperiores ſuos accedendi, niſi ab eis miſſi, aut vocati fuerint.

2. Verum non ſolum iure poſitiuo, ſed etiam naturali ſuppoſita profeſſione, & ex voto obedientiæ exiſtimo Religioſos obligatos eſſe clauſtrum non exire abſque licentia ſuperioris. Nam ex vj profeſſionis traduntur Religioſi Prælati gubernandi, à qua gubernatione ſe ſubtrahunt furuiuo monaſterij egreſſu. Item ex voto obedientiæ non ſolum obligantur Prælati parere, ſed parati eſſe ad obediendum, quam diſpoſitionem nequeunt habere, cum à Prælati oculis, & notitia recedunt. Sic Suar. 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 6. per totum ſpecificiter. n. 8.

3. Sed inquire, quibus euentibus hic à monaſterio diſceſſus ſit peccatum mortale, vel veniale? Reſpondeo, ex omnium ſententia, quoties ex eo diſceſſu poteſt ſcandalum, vel infamiam tum Religioſo, tum Religioni generari peccatum eſt morale; quia eſt ſignum manifeſtum grauitèr cuſtodiam Religioſis violatam eſſe. Hinc ſit ſi noctu diſcedas etiam ad horam te peccare mortaliter; quia eſt diſceſſus graue ſcandalum generans; nocturna enim ac furtiua è monaſterio egreſſus etiam non animo apoſtataſ facti, vniuſ eſt ex caſibus referatis à Clem. V. 111. non autem referatur, niſi quod eſt peccatum mortale, manifeſte. Deinde etiam eſt peccatum mortale ſi per diem exeo animo pernociandi extra monaſterium, quia aſſentia nocturna extra monaſterium grauem infamiam cauſat. Suar. diſp. c. 6. n. 7. Quapropter iuxta egreſſum diurnum modo conſueo exiſtimo poſſe à peccato mortali excuſari quia cuſtodiam Religioſis, & ſubiectionem Prælati debita non videtur grauitèr lædi. Suar. n. 10.

4. At peccato non ſolum mortali, ſed veniali aduertit clauſuram Religioſis excuſatur, quoties ex licentia expreſſa, vel præſumpta ſuperioris clauſtrum egreditur: quia ſpectato iure communi non eſt illi abſolutè interdictus egreſſus, ſed egreſſus abſque licentia. Quare poſita licentia egreſſus licet. Quod adde verum eſt, vt etiam licentia imprudenter, & abſque iuſta cauſa à ſuperiore conceſſa ſufficiens ſit excuſare omne peccatum aduerſus clauſuram, & Prælati ſubiectionem eſto aliunde committitur, quia quomodocumque à ſuperiore concedatur licentia, Religioſus eſt ſub regimine Prælati, & non extra. Notanter dixi ſpectato iure communi, nam ſi ſpecialis cuiuſvis Religioſis conſtitutiones ſpectemus, ſunt aliqua Religioſes præcipue ex Monachalibus. Cartuſienſes ſcilicet & Camaldulenſes, in quibus ſub peccato egreſſus à monaſterio abſque cauſa eſt abſolutè prohibitus; in his enim Prælati abſque rationabili cauſa licentiam concedat, nulla eſt conceſſio, vt potè diſpenſatio in lege ſuperioris; ac proinde Religioſus vrens ea licentia cenſetur à monaſterio ſine licentia exire, peccat ſimque committere iuxta obligationem regulæ, vt latius hæc omnia proſequitur Suar. diſp. 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 6. à n. 12. & ſeqq.

P V N C T V M VIII.

Qualiter feminis interdictum ſit in monaſterium virorum Religioſorum ingredi, ipſiſque Religioſis eas admittere, & ſub quibus pænis?

S V M M A R I V M.

1. Proponuntur conſtitutiones Pij V.
2. Quæ examinanda ſunt in his conſtitutionibus.
3. Non comprehenduntur Regina, nec de ſanguine regio.
4. Fundamētum communis ſententia docet comprehendit, ſed poſitiuo probabilitate non caret.
5. Quæ poſſunt ingredi decentem comitatum, & ſolium deſerui poſſunt.
6. Monasterium eſt locus prohibitus.
7. Quid ſub nomine monaſterij?
8. Ex pietate, & neceſſitate eſt licitus hic ingreſſus. Explicatur que caſus neceſſitatis.
9. Explicatur caſus pietatis.
10. Vnde conſtituta anſereſſoribus expenduntur.
11. Quid ſi feminam introducit ſubulationibus dei tuar, nec à monaſterio egredietur?
12. Expenditur quis poſſit à ſupradictis pænis abſolui, & ſi poſſent.
13. Quis poſt latam ſententiam.

1. Queſtio hæc verſatur in explicanda Conſtitutione Pij V. edita anno 1566. quæ incipit: Regularium perſonarum, & in Conſtitutione cuiuſdem Pontificis ſupradictam Conſtitutionem declarante, & extendente anno 1570. die 10. Ij 16. quæ incipit, Romanum Pontificum, quam ad verbum

DE
MASTRA
PALA
TON
II

verbum refert, *Confessus in privilegio Ordinum mendicantium inter litteras Apostolicas, fol. 179.* cuiusque meminit Sanch. lib. 6. sum. capit. 16. numer. 79. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 11. capit. 7. numer. 9. Item siue procedit questio in declaranda Constitutione Gregorij XIII. edita anno 1575. *idibus Iunii* quae incipit: *Vbi gratia*, & alia eiusdem edita 23. Decembr. 1581. incipiente *dubius quae emergunt*. Sed quia Constitutiones Gregor. specialiter loquuntur de personis, quae virtute facultatis acceptae à Summo Pontifice, & his Constitutionibus reuocatae: monasteria Monialium ingrediuntur extra casus necessitatis, de earum intellectu in sequentibus dicemus, pauca tamen, quia raro contingere potest aliquem ingredi virtute facultatis à tempore Gregor. concessa, & ab eodem reuocata. Quo circa controuersia praenatis difficultas rota versatur in explicatione Constitutionis Pij V. nam licet in Confit. Pij V. quae incipit: *Regularium personarum* solum prohibuerit Pontifex ingressum foeminarum in monasteria virorum virtute facultatis à Summo Pontifice acceptae, & praenati constitutione reuocatae. At in confit. Incipiente *Romanum Pontificem* declarat contenta in confit. *Regularium personarum* intelligenda esse de quolibet foeminarum ingressu in virorum monasteria extra casus permittos. Ibi, auctoritate Apostolica tenore praerentium dicimus, & declaramus fuisse, & esse mentem, & intentionem nostram, quod dictae litterae non solum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & praetendentes facultatem, & indulta ingrediendi monasteria: *Sed etiam omnes, & quascunque mulieres alias tam in genere, quam in specie, &c.* Ex quo fit iam non esse licitum dubitare, peccatum esse mortale, & censuris, aliique penis subiectum foeminarum ingressum in monasteria virorum absque necessitate, specialique permissione; & ita tradit Sanch. dicto. lib. 6. sum. cap. 16. numer. 79. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 7. numer. 9.

2. Pro explicatione igitur harum constitutionum Pij V. quatuor examinanda sunt cum supradictis doctoribus. Primum, quibus personis in monasteria virorum censetur his constitutionibus ingressus prohiberi. Secundum, quid nomine monasterij, domus, & loci Religiosi à quibus fit exclusio intelligatur. Tertium qui sint casus, in quibus hic ingressus permittitur est. Quartum, quibus penis subiacent illiciti ingredienties, & admittentes, & ob quam actionem.

3. Circa primum respondet Pontifex comprehendit mulieres cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac praereminentia praeditas etiam, Comitissas, Marchionissas, Ducissas. Ex quibus verbis manifestum est Reginas, Imperatrices, filias, & nepotes regum non comprehendi. Tum quia Comitissae, Marchionissae & Ducissae expressae fuerunt ut gradus supremi. Tum quia sub generali prohibitione mulieribus facta, Reginae, earumque filiae non censentur comprehensae ob eorum supremam dignitatem. Suar. dicto. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. capit. 7. numer. 6. Sanch. lib. 6. sum. cap. 17. numer. 4. Layman. lib. 4. tract. 5. capit. 12. numer. 5. Neque obstat Gregor. XIII. cum Cardinalium congregatione consultum, an supradictis constitutionibus derogatum sit Regulae Minorum permittenti in sua monasteria ingredi mulieres de stirpe regia cum decenti comitatu, & fundatrices, respondisse non derogari quoad Reginas, vel fundatrices duntaxat, teste Man. Rodrig. i. r. quae regul. q. 48. art. 1. Sorbus in compend. priuileg. mendicant. verbo *Ingressus monasteriorum Monialium in suis annot. in fine.* Ex quibus videtur quoad reliquas mulieres de stirpe Regia derogatum esse. Non inquam obstat. Tum quia (ut bene ait Suar. dicto cap. 7. numer. 6.) de illa declaratione Gregor. non satis constat, Tum quia esto constet, vniuersalis censeri non debet. sed specialis, & restricta ad Minorum Religionem ob eius singularem obseruantiam. Tum & praecipue quia si in regula per Pontificem approbata nulla erat prohibitio foeminae de stirpe Regia ingrediendi virorum monasteria, nulla facultate, quae reuocari posset his constitutionibus, indigebant ad illum ingressum.

4. Deinde est dubium, an comprehendantur his constitutionibus fundatrices? Sanch. dicto. capit. 18. numer. 7. & Layman. lib. 2. sum. tr. 5. c. 12. n. 5. & Man. Rodrig. in exposit. consuet. Pij V. numer. 3. affirmant comprehendendi, nisi forte in aliqua Religione fuerit regula earum ingressum permittens, cui regula censent his constitutionibus non derogari ob declarationem supradictam Gregor. XIII. Nihilominus probabilitatem non caret fundatrices exemptas esse à prohibitione huiusmodi constitutionum. Non enim sub prohibitione generali extraneis facta aequum erat comprehendi monasteriorum patronas, & fundatrices; si enim mulieres de stirpe Regia ob earum dignitatem à generali prohibitione excluduntur; à fortiori fundatrices, & patronae ob earum qualitatem archius mona-

steria deuiucientem excludi debent. Neque ex declaratione Gregor. aliquid argumentum desumitur ad affirmandum fundatrices comprehendi sub his constitutionibus in ea Religione, in qua non est regula permissens earum ingressum: secus vbi est regula eum ingressum permissens; quia haec constitutiones non ad derogandas regulas, sed ad derogandas facultates aduersus regulas expeditae sunt, & ita indicat Suar. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 7. n. 6.

5. Mulieres verò de stirpe regia, aliaeque ex speciali privilegio monasteria virorum ingredienties deferre secum possunt eorum comitatum personarum, quo frequenter intendunt, arg. c. licet de priuileg. in 6. & docuit Mand. Rodrig. in exposit. dictae confit. Pij V. numer. 4. Laym. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 12. numer. 5. & praxis ipsa testatur. Spectanda tamen est semper decentia, & honestas, ob quam aequum est puellas comitantes excludi, & loco illarum mulieres prouecta aetate assumi, illisque comitari. Secundo examinandum est quid nomine monasterij, & domus in supradictis constitutionibus intelligatur?

6. Primo debet esse monasterium, ad cuius rationem opus est, ut ibi Religiosi permanenter degant vitam communem. Quapropter si in aliqua domo ad tempus commorentur, vbi soleat Religiosi Societatis in residentibus temporariis, sub iis constitutionibus ea domus non comprehenditur; quia ob eius instabilitatem verè Conuentus non est, teste Sanch. lib. 6. sum. cap. 17. numer. 20. Layman. cap. 12. numer. 5. Idem est cum causa Conuentus adificandi aliqui Religiosi habitationem sumunt quia ex modo habitacionis non censetur fixam habere sedem: sic relato Sorbo in priuileg. mendicant. verba *Ingressus monasterij monialium in suis annotat. numer. 11. tradit. Sanch. dicto capit. 17. numer. 19. Barbof. alleg. 72. numer. 87. Prioratus autem Sancti Benedicti, & Sancti Bernardi, si ibi conuentualiter viuunt, verè monasteria sunt, & sub dictis constitutionibus comprehensae. Secus verò si frequenter plures ibi non resideant, & quae de causa vidi in aliquibus mulierem coquam, & infirmariam, nullamque clausuram obseruari.*

7. Secundo nomine monasterij veniunt omnia loca illius sub clausura contenta. Ex quo fit praedia, hortusque separatos etiam loca monasterij sint, sub clausura non contineri; quia nec monasterium constituunt, nec sunt partes illius, ut tradunt Nauarr. Com. 4. n. 62. de Regul. c. 17. n. 11. Secus verò dicendum est de hortis monasterio contiguis, ad quos Religiosi, patet aditus per claustrum. Neque obstat his hortis ianuam esse, per quam saeculares ingredi possunt, quin claustra ingrediuntur; quia illa ianuam est frequentiter clausa, quod est signum ea loca sub clausura contineri, & sub nomine officinarum interiorum, quarum ingressus à Pontificibus interdicitur, comprehenditur: sic Sanch. lib. 6. sum. c. 17. n. 15. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 12. n. 5. fine. Secundo fit, Ecclesiam sub his constitutionibus non comprehendi, dummodo sit Ecclesia, quae saecularibus absque custodia pareat. Quod dixerim propter Ecclesias Carthusianorum, & Camaldulensium intra septa monasterij, & sub eius clausura inclusas, Suar. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. c. 7. n. 2. Tertio fit in probabilis sententia sacrificiam, ad quam immediatè patet ingressus per ipsam Ecclesiam non comprehenditur; quia reputatur pars Ecclesiae, Argum. c. si civitas de sententia excommunicat. in 6. & tradit Suar. 4. de Relig. tr. 8. lib. 1. c. 7. n. 2. probabilius tamen est oppositum; eod. Quod sacrificia medio pariete ab Ecclesia distincta pars Ecclesiae non censentur, & frequenter sub clausura sita illas aequè foeminae ingredi illud possent, ac in Ecclesiam, quod decentiae, honestati praxique receptae repugnat. Neque obstat immediatè per Ecclesiam esse aditum ad ipsam; nam etiam solet esse ad claustrum, aliaque separatas capellas, & tamen inde non inferitur sub nomine Ecclesiae comprehendi licitumque esse foeminis ad ea loca ingredi. Et ita docet Sanch. lib. 6. sum. c. 17. numer. 17. Quarto fit, atrium Scholasticarum Societatis I. S. V. claustrum congruum sub clausura non contineri, quia absque villa custodia patet aditus omnibus; expedit tamen nec mulieres illuc ingredi permittantur, ut verè de facto nunquam permittitur tamen causa rationabili intercedente permitti possit Sanch. 4. de Relig. tr. 8. lib. 1. c. 7. n. 18. Laym. lib. 4. sum. tr. 5. c. 12. n. 5.

8. Tertio explicandum venit, qui sint casus, in quibus ingressus in monasteria virorum foeminis permittitur sit? Respondet, in genere duplicem esse necessitatis, & pietatis, seu Religionis. Casus necessitatis contingit, si pro defensione bonorum Conuentus incendio flagrantis, oporteret foeminas ingredi. Si enim ex hac causa possunt viri in Monialium Conuentus ingredi, & Moniales inde exire; à fortiori poterunt foeminae Conuentus virorum ingredi, qui non tenentur clausura aequè stricta. Item si nullus alius praeter mulierem eo loco inueniretur, qui Religiosum habentem brachia, aut crura contracta, aut ossa dissoluta, vel alio graui morbo laborantem, nec commode potentem è monasterio exire, mederetur; posset mulier, decenter comitata ingredi; neque enim haec lex clausurae censenda est violari stante, ea graui necessitate, sic late probat Mand.

Mand. Rodrig. in *expos. huius constit. Pij V. n. 1. c. 3. c. 1. 1. q. regul. q. 46. a. n. 7. ad finem. Sorbus in comp. priuil. mendicantium, verbo Ingressus monasteriorum Monialium, n. 6. Sanch. lib. 6. Sum. c. 17. n. 20. Extenditque Sorbus, & Man. hanc doctrinam, cum in Conuentu sint plures infirmi, neque adfunt Religiosi qui possint, nec viri saeculares, qui velint eos mederi, posse honestas feminas ingredi. Sed hic casus, vt bene aduertit Sanch. est moraliter impossibilis.*

9. Calus pietatis, & Religionis est, si processio aliqua Missa vigilia, funus defuncti, aut quod vis aliud officium in claustris, vel in eius capellis celebratur: cessat enim eo tempore, cum supradicta celebrantur, eo in loco, prohibito, vti declarauit Pius V. *in vocis oraculo. 15. Nouembr. anno 1569.* teste Man. Rodrig. in *expos. huius constit. n. 15.* Quod si roges quid intellexerit Pontifex nomine alterius officij? Respondet, intelligi officium simile praecedentibus, quale est concilio, lotio pedum in die Cenae, habitus Religiosi susceptio, vel processio. Man. in *expos. dictae constit. n. 18. c. 1. q. regul. q. 48. art. 3. Sanch. c. 17. n. 25.* qui bene addit n. 27. ob theses Theologiae defendendas, vel ob representationem alicuius comediae pie & Religiosae non posse mulieres claustrum ingredi; quia haec non sunt officium pium, & Religiosum simile processioni, missa, vigilia, funericum defuncti. Insuper permittitur mulieribus claustrum, vel lucum alium Religiosorum ingredi, quando nequeunt alia via ad Ecclesiam accedere ob multitudinem populi ad concionem, alidve officium illuc confluentem; debent tamen via recta ad Ecclesiam ire, & exire. Barbosa 3. p. de *potest. Episc. alleg. 102. n. 86.* Man. in *expos. dictae constit. n. 15.* Sanch. lib. 6. c. 17. n. 22.

Ingressa verò mulieres in claustrum inferius, vbi solet processio, missa, aliaque pia officia celebrari, non possunt absolute violatione claustrae claustrum superius ascendere, vel officinas interiores, nec per se patentes ingredi, quia solum cessat claustrum eo in loco, vbi officia diuina celebrantur, & tradit Sanch. n. 25. Man. in *expos. huius constit. n. 18.* Deinde nequeunt mulieres, antequam diuina celebrantur, vel prope sit celebratio, illuc ingredi, quia non adest causa ingressum honestans. Vnde si vespere, & non mane processio facienda est, mane non est permittendus ingressus. Et e contra, si mane diuina celebrantur, & non vespere, nequeunt vespere claustrum ingredi, quia moraliter cessauit causa, cui priuilegium violandi claustrum inuitur. Man. Rodrig. *1. q. regul. q. 48. art. 2. fine. c. in expos. huius constit. n. 19.* Sanch. lib. 6. Sum. cap. 17. n. 24. c. 29. Eo tamen tempore, quo diuina celebrantur, excusantur mulieres claustrum ingrediens, a violatione claustrae, tamen si ingrediuntur non animo assistendi diuinis, sed explendi curiositatem, vel alio sine prauo ductu; quia prauus finis ingredientium non tollit ab eis generale priuilegium concessum illuc ingrediendi. Nam esto illud priuilegium concedatur, vt possint diuinis assistere; non tamen conceditur sub conditione, vt assistant. Sic Man. *dicta q. 48. art. 3. notab. 2. c. in expos. huius constit. n. 17.* Sanch. c. 17. n. 28. qui in fine videtur sibi esse conuarius.

Propterea non licet Religiosis processiones instituire eo solo sine, vt mulieres claustrum ingrediatur; quia Pontifex pietatem, & Religionem fouere intendit, non claustrae relaxationem. Man. Rodrig. in *expos. dictae constit. n. 16. c. 1. q. 48. art. 3. Sorbus in compend. priuil. mendicant. verbo Ingressus monast. Monial. in annot. n. 7.* Sanch. c. 17. n. 23. Secus esset, si adesset aliqua causa pia, qua credendum est semper Religiosis moueri.

10. Quare explicari debent poenae statuae in dicta Constit. Pij V. tam aduersus mulieres monasteria virorum ingredientes extra casus permittos, quam aduersus eas introducentes, & admittentes, & qualiter incurrantur? Dicendum est, aduersus mulieres statutam esse excommunicationem Pontifici reservatam, quam mulieres ingredientes in virorum monasteria ipso facto incurunt. At abbatibus, prioribus, aliisque praesidentibus monasteriorum, & eorum monachis, canonicis, & fratribus siue mendicantibus, siue non mendicantibus supradictas mulieres introducere, admittere, vel praesentibus poenam priuationis officiorum, quae in presenti obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis a diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendam impositam esse. Sed est notanda differentia inter suspensionis poenam, & poenam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, quod suspensio, quia est censura *cap. quareni. de verbor. significat.* nulla indiget iudicis lenientia, vt incurrat; ac priuationis officiorum, & inhabilitas ad illa sententiam requirit criminis declaratoriam, quamuis non sit declaratoria poenae; vt latius probauit, *rruet. 2. huius operis dispus. 2. punct. 2. & tradit in praesenti Sanch. lib. 6. cap. 15. num. 65. c. 17. n. 39.* Nominis officiorum, quibus Religiosi introducendos feminas, vel eas admittentes priuantur, veniunt intelligenda officia iurisdictionem habentia, scilicet esse Generalem, Prouincialem, Viscitorem, Commissarium, Praepositum localem, Vicarium Monialium; non ramen esse Definitorem, Discre-

tum, Concionatorem, Confessorem, Lectorem Theologiae; quia haec iurisdictionem nullam continent. Manuel. in *expos. dictae constit. num. 21.* Sorbus in *compend. priuil. mendicant. verbo Ingressus monasteriorum Monial. in annot. n. 8.* Sanch. lib. 6. Sum. c. 15. n. 66.

Rursum aduertit ad incurrendas supradictas poenas praesentione opus esse, quod satis indicat verbum *adest*, quo vritur Pontifex in ferenda poena excommunicationis, & verbum *presumunt* appositum in ferenda priuationis officiorum, & suspensionis a diuinis poena. Vnde quilibet ignorantiam etiam crassa, modo affectata non sit, ab his incurrendis excusat, vt late probauit, *rr. 2. disp. 1. punct. 18. & tradit in praesenti Sanch. lib. 6. Sum. c. 16. n. 96. c. 96. c. 17. n. 36.* Actio autem, ob quam Religiosi supradictis poenis afficiuntur; est, quia in monasteria virorum feminas introducere; admittere, praesumunt. Praesumunt igitur introducere, si possunt, & immoderate ad ingressum cooperantur; vel officium aperiendo, vel eas aliquo modo adiungendo. Solum est dubium, an censentur introducere, vel admittere, si ingressum praecipias, vel confabulationibus detineas? Et quidem si ipsi ingredientes ingressum praecipias, vel confabulationibus detineas, sine dubio censentur es illarum introductores, & admittores; cum illius Ingressus factus causa moralis sit, & tradit Suar. *1. 4. de censur. disp. 22. sect. 6. n. 11.* Sanch. lib. 6. Sum. c. 16. n. 93. At si Admittentibus confabulas, vel praecipias vt admittant, distinguendum est, si ex officio tenentis custodia regulari prouideri, censentur admittentes, eo facto incitas, approbataque Ingressum, quem tenentis impedire. Sanch. Suar. *supra. Si autem ex officio obligatus non sit ingredientes impedire; quia non est Praelatus; nec tibi ianuarum custodia commissa est; non est censendus admittente, esto confabulas, & praecipias, alius, vt admittunt; quia aliud est admittere, aliud de admittance consilium dare. Cum igitur haec lex Pontificia solum puniat admittance, non illius consilium, & praecipium; ob consilium, vel praecipium de admittance datum non contrahis poenas admittoris, & introductoris impositas. Sic Sanch. lib. 6. Sum. c. 16. n. 94.*

11. Ex his decidenda venit secunda dubitatio; an si femina iam Ingressas in monasteria, vel ibi extra casus permittos commorantes comiteris, confabulationibus detineas, ne egerdiantur, censentur illarum admittoris, poenaeque priuationis, inhabilitatis, & suspensionis incurras? Si ex officio tenentis seruare custodiam, sine dubio censendus es admittoris, poenaeque supradictas incurras; quia saltem indirecte recipis, retines, & admittis feminam inique intra claustra commorantem; siquidem non expellis, cum possis, & debeat; Neque obstat te eam non introduxisse, sufficit si introducam admittas, quia non solum introducentibus, sed admittentibus poena imposita sunt. Et praeterea feminis ingressus est interdictionis non tam momentaneus, quam permansens; si autem ex officio non est obligatus custodiam seruare, distinguendum est, si eam comitatur, vanisque confabulationibus causa es, vt ibidem mulier detineatur, dicendus es illius admittoris. At si comitatus, vel confabulatio causa non est detentionis; quia illi subblatis adhuc mulier in Conuentu detineretur, non est reputandus admittoris, quippe nec directe, nec indirecte detentionis incurris; vt bene dicit, Suar. *1. 5. de censur. disp. 22. sect. 6. n. 24.* Sanch. lib. 6. Sum. cap. 16. num. 93. 95.

12. Restabat dicendum quis possit ab his poenis incurris absolueri, vel dispensare? Cui dubitationi breuiter respondet, incidentes in excommunicationem ob ingressum solum Summum Pontificem absolueri posse ab ea, quia est sibi reservata. Episcopum vero tanquam delegatum sedis Apostolicae, si excommunicatio occulta sit, neque ad forum concentiosum deducta, iuxta Trident. *sess. 24. c. 6. de reform. Scab Ordinario approbatur virtute Bullae cruciatiae in foro conscientiae, semel in vita, & in morte. Itemque Confessarios communicantes, Mendicantium, & reliquos suis priuilegiis communicantes, nulla quia in Bulla cruciatiae, & in priuilegiis Religiosorum nulla est restrictio facta pro excommunicatione publica, aut ad forum contentiosum deducta. Neque obstat Episcopos hanc facultatem Concilium restrictisse, vt inde infra cultores laicorum electo per bullam, cui libetque Religioso ob Priuilegia Ordinis potiori iure restringendam esse; quia Episcopos restringitur; quia sunt iudices non solum pro foro conscientiae, sed externo. Deinde quia erat facultas per modum legis, & statuti, quae in priuilegio Bullae, & ordinibus concessa nequaquam procedunt; ac proinde non est mirum, quod horum virtute excommunicatio publica, deducta ad forum contentiosum, absolui possit in foro conscientiae, non autem contentiosum Episcopos facta, vt latius Sanch. lib. 6. Sum. cap. 15. n. 76. c. 17. n. 43.*

Deinde a suspensione a diuinis incurra ab his, qui feminas inique in monasteria virorum admittunt, vtpote non relesentur Pontifici, poterit Episcopus absolueri; tamen si ad forum contentiosum deducta sit. Virtute vero cruciatiae, & priuilegiorum mendicantium toties quoties id necessarium fuerit, in

In priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa maior est est dubitatio, quis possit dispensare? Et quidem si hæc pœnæ ipso facto ante iudicium sententiam contraherentur, essentque occultæ, neque ad forum contentiosum deductæ, posset Episcopus dispensare virtute Trid. concedentis omnes casus occultos, idiplumque possent Religiosi mendicantes, & omnes alij eorum priuilegijs fruente ob Constitutionem Pij V. in fauorem Dominicane familiæ, cuius meminit Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 69. art. 1. Et in expositione præsentis Constitutionis prope finem num. 31. qua Prælati dictæ Religionis concessit, vt possent suis subditis; ea tamen conditione, vt per se ipsos, & non per substitutos, & delegatos faciant. Verum si hæc pœnæ publicæ sint, vel ad forum contentiosum deductæ (eio Episcopus in eis dispensare non possit, quod non est certum, vt statim dicemus, si quidem non sunt Pontifici reseruata) at Prælati Religionum mendicantium, & confessoribus eis deputatj dispensare oprime possunt semel in vita, & in morte, concessione Eugenij IV. facta minoribus, quæ refertur in mare magno fol. 61. Et 64. concess. 85. Et in compend. priuileg. verbo absolutio extraordinaria quoad fratres 6. §. 3. cuiusque meminit Man. Rodrig. in expositione præsentis constit. Pij V. prope finem, n. 35. Debet tamen dispensari virtute huius priuilegij singulis hebdomadis per annos psalmos penitentiales recitare, quod si aliqua hebdomada ob legitimum impedimentum id præstare non possint, anno sequenti supplere debent. Deinde Prælati Societatis Iesv. & qui in eisdem priuilegijs communicant possunt ex concessione, Pauli III. relata verbo Absolutio. n. 1. in hæc priuatione, & inhabilitate dispensare; quia ibidem conceditur potestas absoluendi ab omnibus casibus sedj Apostolicæ reseruatis præter contentos in Bulla Cœnæ, & ab omnibus censuris, & pœnis concurrentibus ex eis. Cum autem hæc pœnæ ex delictis non referantur in Bulla Cœnæ conflurgant, poterint aboleri à dictis Prælatibus. Neque obstat priuilegium vti verbo absoluendi, cum tamen hæc pœnæ non abolutione, sed dispensatione tolli debeant; quia sæpe in priuilegijs abolutionis nomen latissimam habet significationem, vt idem significet quod tollere, & abolere; vt notauit Suar. tom. 4. de Reliq. tract. 8. lib. 2. cap. 21. fine n. 16. & ita tenet in præsent. Sanch. lib. 6. sum. cap. 15. fine, n. 78.

Sed quid si supradictæ pœnæ priuationis, & inhabilitatis, vtore indigentes ad eorum incurium sententia iudicij, ex illius sententia declaratoria impositæ sint? Negat Sanch. lib. 6. sum. cap. 15. n. 78. inuiso, Episcopum, vel Religionis Prælatum dispensare posse, nullam tamen adducit fundamentum, sed illud esse potest, quia sunt pœnæ Pontificio iure statuta, & facta delicti declaratione contentur à Pontifice imponi; at inferior nequit superioris facto derogare, ergo neque Episcopus, neque Religionis Prælatu poterit in supradictis dispensare. Cæterum verius credo & posse Episcopum, & Religionis Prælatum cum suis subditis in his pœnis dispensare, postquam resipuerint; egerintque penitentiam; quia cum hæc pœnæ Pontifici non sint reseruata, censentur Ordinarijs concessæ. Argum. cap. nuper. de sententia excommunicat. expedit enim hæc concessio recto Ecclesiæ regimini, sic plurius firmati, tract. 1. de legibus disp. ult. de dispensat. punct. 6. appositis quibusdam limitationibus, quæ ibi videri possunt.

PUNCTVM IX.

Qualiter Monialibus interdictus sit ei suo monasterio egressus?

SVMMARIVM.

- 1 Omnes Moniales iure Ecclesiastico obligantur, ne e monasterio exeant.
- 2 Non est dubium ad clausuram Moniales obligari posse.
- 3 Quæ Moniales conuulsa, seu laice clausura excipiuntur.
- 4 Consuetudine abrogari potest lex clausuræ.
- 5 Explicantur loca, quorum comparatione hæc clausura seruanda sit.
- 6 Potest Episcopus in monasterijs sibi subiectis hanc clausuram inuacere.
- 7 Quid de monasterijs regularibus subiectis? Probatur latè in his posse Episcopos clausuram inuacere, eaque uisitare.
- 8 Non est opus quotannis clausuræ decretum publicare.
- 9 Spectato iuris rigore necessarium erat Moniali ad egressus, non solùm vti Prælati regulares, quibus est subiecta, approbarent causam, sed etiam Episcopos.
- 10 Qui nomine Episcopo veniat?
- 11 Sciant legitima causa manifesta, Et euidenti egressus, si Episcopus nollet approbare causam, vel Prælatu licentiam concedere, potest Monialis exire, impediri tamen potest ex accidenti.
- 12 Expenditur que sit legitima causa egressus.
- 13 Ex causa simili supradicta potest licentia concedi.

Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

- 14 Ob morbum aliis non contagiosam negat communitati sententiæ licentiam concedi posse.
- 15 Oppositum probabilitate non caret.
- 16 Legitima est causa egressus, si exeat Monialis ad fundatum monasterium, vel regendum.
- 17 Ob iuramentum fidelitatis, idemque ob penitentiam agentiam licentia concedi potest.
- 18 Quid ob aeris intemperiem, Et continuis infirmitates.
- 19 Cessante causa, ob quam Monialis egressa est, redire illico debet.
- 20 Quæ pœnæ sint impositæ egredientibus, Et ad egressum cooperantibus?
- 21 An hæc pœnæ efficiant Monialem legitimo titulo egressam, sed inique extra commorantem.
- 22 An Episcopi in supra dictas pœnas incurere possint? Proponeatur dubitandi ratio, sed resoluitur posse incurere.
- 23 Quis comitatus, Et receptio sint necessarij ad incurrendas dictas pœnas.
- 24 Requiritur ad supra dictarum pœnarum incursum egressum ex clausura completum esse.

I Vre Ecclesiastico constat omnibus monialibus professis egressum e suo monasterio interdictum esse, cap. periculoso, de statu regular. in 6. quod dictum renouauit Trident. sess. 15. c. 5. de regularib. & Pius V. sua constit. incipiente, circa pastoralis, edita anno 1566. 4. Kalendis Iunij, & alia incipiente, Decorj, Et honestati, edita Kalend. Februar. anno 1569. obligare autem hæc decreta omnes Moniales professas, sine anid vouissent, obseruassent clausuram, siue non, euident est. Nam Bonifac. VIII. in c. periculoso, non tam intendit hanc obligationem vt antiquam renouare, quam denuo statueri, vt facis indicant illa verba: *Præsentis constitutione perpetuò irrefragabiliter ualitura sancimus vniuersis, Et singulis Moniales presentes, atque futuras, cuiuscunque Religionis sint, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentibus sub perpetua in suis monasterijs decere de cætero permanere clausura. Idem constat ex Trident. renouante hanc constitutionem, & Episcopis præcipiente, vt in omnibus monasterijs sibi subiectis ordinaria, in alijs verò sedis Apostolicæ autoritate clausuram Monialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuolata est, conferuari maxime procurent; quasi dicere; vbi clausura indicta à Bonifac. V III. violata fuerit, restitua-tur, vbi seruata est, retineatur diligenter; & paulò inferius subdit: Nemini sanctimonialium licet post professionem exire à monasterio etiam ad breue tempus quoquoque præteritu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata, indultis quibuscunque, & priuilegijs non obstantibus, & in cap. 22. eiusdem sess. præcepit Concilium omnia in præcedentibus capitulis statuta seruari, non obstantibus quibuscunque statutis, & priuilegijs quacunque firmitate munitis, & quibuscunque præscriptionibus, & consuetudinibus etià immemorabilibus. Erat autem in cap. 5. præcepta omnibus Monialibus clausura: ergo non obstant præscriptione, & consuetudine immemorabili in contrarium seruanda est. Clarius Pius in sua dicta constit. circa pastoralis, hanc obligationem expressit his verbis. Hac igitur perpetuò ualitura constitutione inherentes etiam constitutioni felicis recordationis Bonifac. Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *Periculoso*, & decretis Concilij Trident. super clausuram Monialium editis, autoritate Apostolica statuimus tenore præsentium, atque perpetuò decernimus, vniuersas, & singulas Moniales presentes, atque futuras cuiuscunque Religionis, Ordinis, vel militiarum etiam. Hierosolymitane sint, quæ vel iam receptæ sint, vel imposterum in quibuslibet monasterijs, siue domibus recipiantur, & tacite, vel expresse Religionem professæ, etiam si conuerse aut quocunque nomine appellentur, etiam si ex institutis, vel fundacionibus earum regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasterijs, seu domibus etiam ab immemorabili tempore ea seruata fuerit, sub perpetua in suis monasterijs, seu domibus de cætero debere permanere clausura; & paulò inferius inquit: Quod si aliquæ Moniales forsitan reperiuntur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, vel fundacione regulæ suæ factæ animo oblitinatio clausuræ resistunt, aut quoquo modo reluctentur, ordinarij vna cum superioribus earum omnibus iuris, & facti remedijs compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundam dictam clausuram, & perpetuo obseruandam. Mulieres quoque quæ Tertiarie, seu de penitentia diuente cuiuscunque Ordinis fuerint in Congregatione uiuentis si & ipsæ professæ fuerint, ita vt sollempne votum emiserint ad clausuram præcisè, vt præmittitur & ipsæ teneantur. Quod si votum sollempne non emiserint, ordinarij vna cum superioribus earum horrentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem & professionem eidem clausuræ se subiciant. Quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint scandalosè viuere, seuerissimè puniantur. Cæteris autè omnibus sic atq; emissionem professionis,*

profeſſionis, & clauſuræ viuere omnino volentibus interdici-
mus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam
proſus in ſuum Ordinem, Religionem, Congregationemve
recipiant. Quod ſi circa huiusmodi, ac noſtram prohibiti-
onem, & decretum aliquas receperint, eas ad ſic viuendum om-
nino inhabiles reddimus, ac illarum quaſlibet profeſſiones, &
receptiones irritas decernimus, & nullas; prout etiam præ-
ſenti decreto irritas facimus, & annullamus. Deinde hanc
conſtitutionem idem Pius V. roborauit grauiſſimis pœnis ſta-
tuit in conſtitutione, quæ incipit: *Decor*, vbi prohibet exitum
Monialibus ſub excommunicatione ſibi reſeruat, niſi ex
cauſa magni incendiij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiciæ:
quæ cauſa cognita, & approbata ſit in ſcriptis ab ordinariis
tameſi monaſterium exemptum ſit. Deinde Gregor. XIII.
in ſua conſtitutione, quæ incipit: *Deo ſacris virginibus*, edita
anno 1572. 3. Kalend. Ianuarij, eandem clauſuram confirma-
uit, & explicuitque loca ſub clauſura contenta.

2. Ex quibus liquido conſtat, nemini iam eſſe licitum du-
bitare Pontificem poſſe, & de facto obligare Religioſas Pro-
feſſas ad hanc clauſuram, tameſi cum Profeſſionem fecerint,
exemptæ fuerint ab illius obſeruatione. Ratio autem, in qua
hæc poteſtas fundatur, ea eſt, quia aſſumens aliquem ſtatum,
& obligans in eo perſeuerare, eo ipſo obligatur ad ea, quæ ad
conſeruationem integram, & puram illius iudicata fuerint à
Reſtore illius ſtatus moraliter neceſſaria. At clauſura Monia-
lium iudicata eſt à Pontifice moraliter neceſſaria, vt Religio-
ſas ſtatus ſeruari integrè, & purè conſeruetur, & que de
cauſa Bonif. VIII. vocauit ſtatum Monialium ſine clauſura pe-
riculoſum, & noxiuſ. Ergo poteſt Pontifex hanc clauſu-
ram dicto ſtatui annectere, & Moniales Profeſſas obliga-
re ad illius obſeruationem. Poteſt inquam, & fecit, cum ex
iurisdictione, qua Eccleſiam Dei gubernat, & neceſſa-
ria, ſeu valde vtilia cuiuſlibet ſtatus conformationi prouidet,
tùm ex poteſtate dominatiua, quam in Religioſos obtrinet
ex voto obedientiæ emiſſo, & profeſſione facta, atque ita
tenent omnes Doctores Catholici apud Nauarr. *comm. 4. de
Regularib. num. 40.* Eman. Rodrig. *t. 1. q. regular. q. 44. art. 2.
ſeqq.* Suar. *t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 8. n. 7. & 8.* Barboſa
3. p. de poſt. Episc. alleg. 102. n. 15. ſeqq. Sanch. *lib. 4. ſum.
cap. 15. num. 3.*

3. Ab hæc regula generali videntur excipiendæ Moniales
conuerſæ (ſic nuncupatæ, quia ad ſeruitia miniſteriæ que cor-
poralia deſtinantur) tameſi Profeſſæ ſint ex Conſtitutione
Pij V. circa *paſtoralis*. His enim indulget Pontifex, ſi mona-
ſterium elemoſynis fidelium indigeat per has conuerſas colligendis,
poſſe extra monaſterium in domo aliqua contigua
manere ad hunc effectum, dummodo ætatis ſint 40. neque
monaſterium ingrediantur, niſi in caſibus permiſſis, neque ad
colligendas elemoſynas accedant, niſi de licentia ordinarij,
& ſuorum ſuperiorum. Hæc tamen indulgentia, & clauſuræ
remiſſio ſolum erat pro conuerſis profeſſis eo tempore exi-
ſtentibus. Nam de cætero inquit Pius V. nullæ aliæ profeſſæ
conuerſæ recipi amplius etiam de conſenſu ſuorum ſuperio-
rum vel Prelatorum poſſunt, hoc eſt vt extra monaſterium
ad hunc effectum colligendi elemoſynas degant. At Greg.
XIII. in ſua Conſtit. *Deo ſacris virginibus*, videtur prædi-
cti Pij V. Pontificis mentem explicuiſſe aliquo modo mu-
tando. Nam poſtquam ſtatuit omnes conuerſas profeſſas re-
ducendas ad clauſuram, nullaque aliâ in futurum recipi
in monaſteria debere, niſi profeſſionem ſuo tempore emiſ-
ſuras, ſubdit hæc verba diſſicilia. Quod autè idem Pius ſtatuit
de cætero nullas alias conuerſas profeſſas recipi amplius poſ-
ſe, ita eſſe intelligendum declaramus, præter illas conuerſas,
quæ extra monaſterium in domibus contigujs degerent. Ex
quibus verbis colligitur (inquit *Stat. t. 4. de Relig. tr. 8. lib. 1. c. 8.
n. 21.*) conſeſſiſſe Gregor. poſſe recipi Moniales conuerſas pro-
feſſas, vt extra monaſterium degerent, ſi ad effectum colligen-
di elemoſynas neceſſariæ ſint; ſed non credo hunc eſſe ſen-
ſum illorum verborum Gregorij aliâ non mentem Pij V. de-
clararet, ſed contradictoriam illius; ſiquidem Pius V. mani-
feſtè voluit nullas alias profeſſas conuerſas recipi amplius poſ-
ſe, vt extra monaſterium degant, etiam ſi videantur neceſſariæ
ad elemoſynarum collectionem; præcipit enim ſuperioribus,
vt ipſi prouideant de alijs perſonis, & Deo deuotis, quæ fide-
lium elemoſynas colligant, ſi neceſſitati Monialium ſuccurrâ
ſufficienter non poſſit, nullas alias profeſſas conuerſas abſque
obligatione clauſuræ recipiendæ. Quapropter exiſtimo verba
Gregorij, ſic eſſe intelligenda, vt nullæ aliæ conuerſæ profeſſæ
recipi poſſint extra monaſterium degentes præter illas con-
uerſas, quæ de facto extra monaſterium in domibus conti-
gujs degerent, vel vt placet Mand. Rodrig. *t. 1. q. regul. q. 44. n.
4. concl. 2.* præter illas conuerſas non profeſſas, ſed ſola vota
caſtitatis, & obedientiæ ſimplicia emittentes. Sit ergo cer-
tum, nullam Monialem, etiam ex conuerſis recipi amplius ad
profeſſionem poſſe, quæ obligatione careat ſeruandi clauſu-
ram, ſed omnes profeſſas hæc obligatione teneri.

4. Verum etiâ hoc ita ſit; poteſt nihilominus ſupradictæ

lex clauſuræ conſuetudine abrogari: quippè ſolo iure Ecclē-
ſiaſtico introducta eſt. Nec enim ſtatutis Religioſis, nec votum
caſtitatis hanc clauſuram vt neceſſariam ad ſuſtentandam
expoſtulati, eſto ſignificatiuam, vt maxime conuenientem. At
aduerſus legem Ecclēſiaſticam præualere poteſt conſuetudo,
vt latè probauit, *1. p. tr. 3. de legib. diſp. de conſuetud.* Ergo con-
ſuetudine hæc lex clauſuræ abrogari poteſt. Sic Azor. *1. p. inſp.
mor. lib. 13. c. 8. g. 1.* Sanch. *lib. 6. ſum. c. 15. n. 4.*

5. Loca in quibus ſeruanda eſt clauſura ſunt ea, quæ ſecu-
laribus non patent. Quare ſi è clauſtro ad Eccleſiam Monia-
lis exeat, vel ad ianuam primi oſtij communiter ſecularibus
patentem, clauſuram violat, neque ab eius violatione excuſatur
tunc quod Eccleſia, aut oſtium illud eo tempore quo exit,
clauſum ſit, quia id eſt per accidens. Sic explicuit Greg. XIII.
in ſua Bulla: *De ſacris virginibus*, ibi: *Declaramus præterea
nullis Monialibus etiam terciarijs licere habere oſtium, per
quod ex monaſterio interiori introiit poſſit in ipſarum Mo-
nialium Eccleſiam exterioriorem, in quam ſecularibus ad Miſ-
ſam; & diuina officia patere ſolet acceſſus, ſed omnino munito
obſtutuendum. Nec itidem licere Monialibus etiam terciarijs
egredi à ianna monaſterij, quæ eſt pro clauſura monaſterij
ipſius, etiam ad claudendam aliam vltioriorem ianuam, quæ
patere ſolet aditus ſecularibus venientibus vel ad rotam, vel
ad crates, ſeu loca colloquij deſtinata, quæ vti gō Parlatoſia
vocalur, vel poſt ſandum ipſam ianuam clauſuræ, quæ loca
cum ſaltem pro cauſis prædictis patere ſoleant ſecularibus,
extra clauſuram cenſeri debent etiam quo tempore clauſa
ſunt.*

6. Reſtat tamen quadruplex enodanda difficultas. 1. An
Episcopis competat etiam in monaſteria regularibus ſubiectis
ſubiectis hanc clauſuram indicare, & de eius obſeruatione
vigilare? 2. An eis competat approbatio cauſæ legitime ad
egreſſum? 3. Quæ ſit legitima cauſa egreſſus? 4. Quæ ſint pœ-
næ impoſitæ egredientibus abſque cauſa, vel ad eam actionem
cooperantibus.

Primo igitur poſſe Episcopum clauſuram indicare mona-
ſteris ſibi ſubiectis autoritate ordinaria; ſubiectis vero ſedi
Apoſtolice autoritate delegata expreſſè decidit à Trid.
ſeſſ. 25. c. 5. & 21. de regul. Sed quia alia ſunt monaſteria à ſu-
iurisdictione Episcopi exempta, neque Pontifici immediate ſu-
biecta, ſed ſubiecta regularibus Prelatis.

7. Dubium eſt, an his monaſteris Episcopi clauſuram in-
dicere poſſint, & indiſtam inſtare, an obſeruetur? Affirmat id
poſſe Praxis Episc. 2. 2. p. verbo *Monialis q. 4. & 8.* Barboſa,
p. de poſt. Episc. alleg. 102. n. 7. & 8. reſertque ibi, & in remiſ-
ſion. Concilij à Sacra Congregatione decemum eſſe. Mouerit
que poſſunt; nam eſto Bonifac. VIII. in *periculoſo clauſuram*,
horum monaſteriorum indicendam commiſiſſe eorum Pre-
latis, vt conſtat illis verbis: *Abbatibus, & alijs tam exempti, quam
non exempti Prelati Eccleſiarum; monaſterium, & Ordini-
num quorumcunque in monaſteris huiusmodi ſibi ſubiecta
de Monialibus includendis, quamprimum commode poterint
providere procurandi tamen non inferat Trid. de-
creto & Conſtit. Pij V. hanc facultatem Episcopis conceſſam
non eſſe. Non enim abſque cauſa Trid. cum de monaſterio ſu-
biecti Apoſtolice ſubiectis locutum eſt, omiſiſſe dicere immediatè
ſubiectis, ſicut dixit Bonifac. vt hæc ratione poteſtatem Epi-
ſcopi extendere ad monaſteria ſedi Apoſtolice ſubiecta ſue
immediatè, ſue mediatè medijs ſcilicet Prelatis regularibus,
quod Pius V. vt omnem dubitationem tolleret in ſuo motu
proprio incipientè circa *paſtoralis*, videtur expreſſè declarari.
Mandantes (inquit) in virtute S. Obedientiæ Primanibus,
Archiepiſcopis & Episcopis quatenus in ciuitatibus & diocē-
ſibus proprijs præſentes noſtras literas publicare faciant, ac
in monaſterijs Monialium ſibi ordinario iure ſubiectis. In his
verò quæ ad Romanam mediatè, & immediatè ſpectant Ec-
cleſiam, ſedis Apoſtolice autoritate vna cum ſuperioribus
eorundem monaſteriorum clauſuram, vt præmittitur quan-
primum poterit ſeruari, procurant. Conſtat ergo ex his verbis
Episcopis ſedis Apoſtolice autoritate poſſe clauſuram indi-
cere monaſterijs regularibus Prelatis ſubiectis, vna cum
ipſorum monaſteriorum prelatis, id eſt ſimul ac ipſi mona-
ſteriorum illorum Prelatis.*

Dices, Trid. & Plum V. non intendiſſe ſuis decretis diſpo-
ſitioni Bonifacij VIII. derogare, ſed potius eam confirma-
re, & reuocare. At Bonifac. VIII. ſolum conceſſit Episcopis, vt
in monaſteria ſedi Pontificiæ immediatè ſubiecta clauſu-
ram indicerent. Ea verò, quæ Prelatis regularibus ſubi-
ciuntur eorum gubernationi ſubiecti, vt conſtat ex verbis
num. præcedentis relatis, ergo Trid. decreto, & Pij V. Con-
ſtitutione aliam autoritatem habere non poſſunt; ſi quæ-
dam commune eſt conſtitutionem declarantem, & limi-
tationibus ac eſt conſtitutio declarata, præterquam quod
Pius V. ſolum dixit poſſe Episcopos in monaſterijs ſedi
Apoſtolice mediatè, vel immediatè ſubiectis clauſuram
indicare vna cum ſuperioribus eorumdem monaſteriorum.

Quod intelligendum venit, singula singulis tribuendo, nempe potest Episcopos in iis, quae immediate, Praelatos vero regulares in iis, quae mediate, sedi Apostolicae subiciuntur; non autem per possunt Episcopi in iis, quae mediate sedi Apostolicae, & regularibus Praelatis immediate subiciuntur. Alias non recte Pius V. diceret clausuram indicare iuxta formam Constitutionis Bonif. VIII. in sacro Conc. Trident. innovatam, & approbatam sequi illam approbare, & innovare in omnibus & per omnia, atque ita hunc modum dicens tenet Navarr. *comm. 4. numer. 60. in initio de regul. Llamas* Methodo curationis in appendice, quam ponit in fine §. 5. Sanch. lib. 6. sum. c. 15. n. 21.

Respondeo concedendo Trid. & Pium V. confirmare, & innovare Constit. Bonif. VIII. nulloque modo eam derogare; tamen si ad constituendam clausuram maiorem auctoritatem praesent Episcopis, quam praesentur Bonifac. VIII. lex hac enim maioris auctoritatis, concessione, scilicet in materia Praelatis regularibus subiecta non tollitur, nec minuitur Praelatis regularibus potestas sed potius illis fuerit. Ergo ob hanc concessionem non derogatur dispositioni Bonif. VIII. sicuti iurisdictioni, quam habent ordinarii absolventi a peccatis & censuris non derogatur ex eo quod Religiosi eandem potestatem ex privilegio habeant. Praeterea si Praelatus regularis manifeste negligens esset in indicenda, & conservanda suorum monasteriorum Monialium clausura, posset vtiq. Episcopus, sedis Apostolicae delegatus illius observationem procurare, ut tenet Ludov. Mirand. in *Man. Prad. tr. de sacris Monial. q. 2. art. 14. n. 1.* Ergo signum est in monasteria Praelatis regularibus subiecta Episcopos iurisdictionem habere quoad effectum clausurae observandae. Ex quo fit, non solum eo casu, cum de manifesta violatione clausurae constat, sed quocumque id dubium est posse Episcopum dicta monasteria visitare, an clausura recte observetur, vti variis decisionibus comprobatur Bart. *sum. in remiss. Conc. sess. 25. capit. 5. tom. 3. §. de potest. Episc. alleg. 102. numer. 7. §. 8.* neque enim Concilium, aut Pius V. eius facultatem restringit pro manifesta clausurae violatione sed potius generalem facultatem fecit pro clausura procuranda.

8. Nusquam autem ex modis, quibus Pius V. in sua constit. quae incipit *Decori*, voluit ut Episcopi, alique Praelati ordinarii clausuram procurarent, fuit, ut quotannis decretum de observanda clausura in suo districtu publicarent; sic enim eis praecipit in dicta Constitutione. At hoc praecceptum videtur Greg. XIII. in sua constitutione temperasse solum vnicam indicendo publicationem; praeterquam quod praecceptum vti, & consuetudine derogatum videtur; cum nulli Praelati singulis annis illud decretum publicent, nec sententiae ab obligatione allictos. Nau. *com. 4. de Reg. m. 54. Sanch. li. 6. sum. c. 15. n. 25.*

9. Ex decisione praesentis difficultatis venit decidenda secundum Episcopos competat approbatio causa, vti possit: quilibet Monialis e claustris egredi? Non est dubium Episcopo competere, si Monialis illi est subiectus, vel est subiectus immediate sedi Apostolicae; quia tunc non solum debet approbare adesse causam legitimam egrediendi, sed etiam debet ut superior licentiam ad egressum concedere. Solum de moniali ab Episcopo exempta, & regulari Praelato subiecta, est dubium, an approbationem causae legitimae egressus ab Episcopo requirit; Negat Man. Rodrig. *tom. 1. quest. reg. quest. 49. art. 6.* duplici ratione: Prima, quia non est in vtu. Secunda, quia concessa facultate a Provinciali, seu Generali Praelato, quibus haec monasteria subdantur, censetur concessa ab Episcopo; quippe illi habent iurisdictionem quam Episcopalem: consentit huic sententiae *Llamas Methodo curat. in append. §. 5. §. 9.* Sed dicendum est spectato iuris rigore necessarium esse praedictam Moniali non solum licentiam, & approbationem causae sui egressus datam a Praelatis regularibus, sed etiam ab Episcopo ex constit. Pij V. incipientis *Decori*, & *honestati*, ibi. Quae tamen infirmitas praeter alios Ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumbet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si praedicta monasteria ab Episcoporum, & ordinarium iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressis in scriptis approbata sit. Ex quibus verbis manifeste continetur sententia Man. Rodrig. asserentis iustitiam licentiam Generalis, vel Provincialis Religionis, siquidem praeter illos approbatio Episcopi, seu loci ordinarii requiritur. Adde si nomine Episcopi, & ordinarii in illis monasteriis exemptis venient Provincialis, vel Generalis, ultra horum approbationem, approbatio, seu licentia sui superioris immediate necessaria esse; quia virtutumque petit Pius V. quod tamen ipse Man. negat. Sic ergo certum spectata dicta constitutione praeter licentiam regularium Praelatorum approbationem causae ab ordinario requiritur: ita docet Navarr. *comm. 4. de regul. numer. 60. Azor. tom. 2. in init. moral. lib. 13. capit. 8. quest. 1. Thomas Zerola prax. Episc. 2. p. verbo Monialis dub. 3. Sanch. lib. 6. sum. c. 15. n. 28. Barbola 3. p. de potest. Episc. alleg. 102.*

Ferd. a Castro. Sum. Mor. Pars II.

num. 28. Suar. t. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 9. n. 15. §. cap. 10. num. 12.

Verum spectato vtu, & consuetudine credo approbationem Episcopi pro Moniali supradictorum monasteriorum necessariam non esse, sed sufficere sui Praelati licentiam; quia ita videtur vti obtinuisse in Hispania recte Mand. Rodrig. *supra Miranda in Man. Prad. tr. de sacris Monial. quest. 1. §. 6. concl. 1.* Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 3. Sanch. dicto c. 15. n. 28. Llamas Meth. *curat. append. §. 9.* Hic autem Praelatus, qui hanc licentiam & approbationem concedere debet, est Praelatus suae medietatis, siue immediatus, cui monasterium quoad regimen, & gubernationem subicitur; quia in praedictis constitutionibus sic cauetur absque vlla distinctione de superiore mediato, vel immediato, & notavit Sanch. n. 28. vbi optime aduertit sub huiusmodi superiore Abbatisam non comprehendendi, utpote eodem praeccepto clausurae obligatam.

10. Nominis Episcopi qui approbare causam debet iuxta Trident. & Constitutiones supra dictas venit Vicarius generalis, non foraneus; quia ille verè est ordinarius, non hic, vnumque cum Episcopo tribunal constituit. Sic Barbola 3. p. de potest. Episc. alleg. 102. num. 28. Sanch. dicto cap. 15. num. 30. Sed an eam potestatem habeat ex vi Vicariatus? Sanch. censet habere quoad monasteria Episcopo subiecta, secus quoad monasteria sedis Apostolicae immediate subiecta, vel subiecta Praelatis regularibus, quia in prioribus procedit Episcopus ut ordinarius, in posterioribus ut delegatus a Sede Apostolica. At potestas delegata non transit in Vicarium nisi expresse committatur, secus ordinaria. Ego verò existimo ex vi Vicariatus neutram potestatem habere, sed indigere speciali commissione; eo quod sit res grauis quae speciali mandato indiget. Neque obstat competere ipso iure ordinario haec potestatem in monasteria sibi subiecta: nam plura sunt quae eo iure Episcopo competunt; indigent tamen speciali mandato, ut intelligatur Vicario commissa, ut patet ex praedictis, Barbola alleg. 54. & numer. 60. & in praesenti tradit decisum à sacra Congregatione. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 11.* Barbola alleg. 102. num. 28. §. 38. Neque ex eo quod Pius V. dicit licentiam approbandam esse ab Episcopo, seu alio loci ordinario inferre potest Vicarium utpote ordinarium eam potestatem habere non ex commissione Episcopi, sed ex commissione sedis Apostolicae. Nam sub illis verbis *alio loci ordinario* non intelligitur Vicarius Episcopi; hic enim non est alius ab Episcopo, ac idem cum Episcopo; sed intelligitur ordinarius, qui Episcopus non sit, quales sunt plures Abbates & Priores diocesis habentes. De Vicario capituli sede vacante idem dicendum est, hanc potestatem habere, si ei à capitulo expresse committatur, habere autem capitulum hanc potestatem etiam quoad monasteria constat, quia ad rectum Ecclesiae regimen spectat. Neque obstat ea quae competunt Episcopo iure speciali, & ex delegatione sedis Apostolicae, ad capitulum sede vacante non devenire: quia id debet intelligi de his, quae competunt iure speciali specialissimo; secus de his quae competunt Episcopo iure speciali communi, & tanquam ordinario attributo, ut multis allegatis probat Barb. alleg. 56. n. 16.

11. Sed quid dicendum, si stante causa legitima egressus, nolit Episcopus, vel Praelatus regularis approbationem, & licentiam egrediendi concedere, poterit ne monialis ea omnia exire? Dubium procedit, cum manifeste constat de legitimitate causae, nam si sub dubio, vel opinione sit, superioris iudicio standum est. Ea tamen certitudine posita credo posse Monialem absolute exire, siue teneatur ad clausuram ex sola lege Ecclesiastica, siue ex voto; quia nec lex Ecclesiastica, nec votum, quod eius obligationem imitatur, censetur per se obligare cum graui detrimento propriae vitae, vel ad boni communis detrimentum: haec enim solum sunt legitimae causae egressus. Ergo illis positis non obligatur Monialis clausurae praeccepto, vel voto Sanch. li. 6. can. 15. n. 51. Laym. li. 4. sum. tr. 5. c. 12. n. 1. vers. 4. Neque inde fit non teneri Monialem petere licentiam, & approbationem stante causa legitima, si eam obtinere poterit; quia cum haec obligatio sit ex lege, & ex voto, quae obligant Monialem ne e monasterio exeat absque licentia, & approbatione; cum de facto obtineri potest, obseruari omnino debet. Sanch. loco allegato. Notanter dixi posse Monialem in supradicto casu absolute exire negata licentia, vel approbatione, ut tacite insinuarem per accidens impediti posses, scilicet ex scandalo, vel infamia Religionis, quae si adesset (ut frequenter contingit ex resistentia Praelato facta, illius mandati contemptu) iustitiam esset clausura etiam cum periculo vitae: vti laius tradit Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. lib. 1. cap. 9. n. 12. §. 16.

12. Tertia difficultas est, quae sit legitima causa egressus; Quia in re Bonif. VIII. in dicto c. periculo de statu Regul. in 6. Vnde locutus est, eam solam legitimam assignans, si Monialis, laboret tanto, & tali morbo, quo cum absque graui Monialium periculo, vel scandalo commorari in monasterio

non poſſet. Mitius verò Conc. Trid. proceſſit legitimam cauſam arbitrio ordinarij relinquens, ſiquidem nullam diſtinguit in particulari, ſed eam dixit eſſe ſufficientem, quam Episcopuſ legitimam eſſe probaverit ibi: niſi ex aliqua legitima cauſa ab Episcopuſ approbanda. At ne cuiuſlibet ordinarij arbitrio diſpenſatio legis ita grauis Monialibuſque profeſſis neceſſaria relinqueretur Pius V. in ſua conſtitutione incipiente. *Decoruſ, & honeſtati* cauſam legitimam eſſe expreſſit magnum incendium, infirmitatem lepræ, aut epidemiam, Subdens, ſub grauiſſimis poenis præter has non concedendam. Nomine magui incendiij communiter. Doctores intelligunt incendium, cui ſuccurri non poteſt abſque periculo pereundi Moniales, ſi intra clauſtra commorentur. Sub lepræ nomine venit infirmitas contagioſa, quæ eſt infectus à communi conſortio ſeparatur. Sub nomine epidemix non ſolum intelligitur morbus peſtifer maiorẽ partem ægrotorum interimens, ſed morbus, qui facile ad alios diſfunditur, etſi maiorẽ partem quos ferit, non interimit, quia eo ipſo laborans eo morbo nequit cum aliis abſque graui illorum periculo infectiõis communicare, qui eſt ſinis concedendi relaxatiõnem clauſura, uti tradit Man. Rodrig. *quæſt. regul. l. 1. q. 49. art. 4. Sanch. li. 6. c. 15. n. 34. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. li. 1. c. 9. n. 3. 13.* Dubium ergo eſt, an ex cauſa ſimili ſupradictis poſſit licentia concedi; Ratio dubitandi eſt, quia ſi ex aliis ſimilibus cauſis licentia concedenda eſt, fruſtra Pius V. has tres cauſas tantum expreſſit ſub dictione taxatiua ſtatuens extra illas nemini monialium licentiam eſſe exeundi, nec ulli prælatu licentiam concedere. Non igitur ex aliis cauſis licentia concedi poſſe; & ita tenet Addition. ad Nauarr. *lib. 3. conſil. tit. de Regularib. conſ. 70. in 2. edit.* Thomas Zerola *praxi epiſcop. l. 1. verbo monialis ad 16. quæſt. dub. 2. c. p. 2. verbo monialis ſine*, teſtanturque ſic deciuſum eſſe à ſacra congregatione. Cæterum omnino tenendum eſt, ad cauſas ſimiles diſpoſitionem Pij V. extendendam eſſe, quia illa non eſt extenſio formalis, ſed materialis. Satis enim apud doctores receptum eſt diſpoſitionem legis non ſolum fauorabilem, ſed odioſam ad cauſas ſimiles ſub ratione decidenti comprehendere extenſi, quia illa dicenda non eſt extenſio, ſed incluſio. Quæ ratione eſt in Authent. *ut cum. de appellat. cognofcit. §. aliud quæque capitulum. c. leg. regia 8. titul. 7. part. 6.* enumerentur quatuor cauſæ, ob quas tantum exheredari filius poſſit, teſtatur communiter doctores apud Couartuu. *cap. Raynutius n. 16. de Teſtament. ad ſimiles expreſſis extendi.* Et eſt in *leg. ſin. Cod. de reuocand. donatiõib. ſtatuitur ob ſolas cauſas ibi expreſſas, reuocari donatiõnem poſſe, affirmant communiter ſcribentes apud Molin. *lib. 1. de primogen. c. 9. n. 32.* ex cauſis ſimilibus eam reuocatiõnem poſſe fieri, & eſt ob ſolum æs alienum poſſit prædia minorum diſtrahi *leg. ob æs alienum. Cod. de prædiis c. alijs reb. minor. At æque diſtrahi poteſt dati alijs cauſis ſimilibus*, ut teſtatur ibi gloſſa, & quamuis in *§. ſed eſt qui tit. de nuptijs collat. 4.* tantum promotis ad ordines minores lecturis, & cautiõis concedatur vxorem ducere, non obinde excluduntur Oſtiarij, & exorciſtæ, quia ſunt grauius omnino ſimiles expreſſis. Ergo in præſenti etiãſi Pontifex tres tantum cauſas legitimas egreſſus enumerauerit, ſi alix ſimiles, vel efficaciores apponantur, ex illis concedenda eſt. Non enim Pontifex illas tres cauſas, ut legitimas deciderit ob eſſe materiales, quod habent, ſed quia monaſterio, toti que communitati nociuæ ſunt. Ergo dato eodem nocumento in alijs materialiter diuerſis, ad ipſas eſt conſeſſio extendenda; & ita ſuſtinet Nauar. *comen. 4. nu. 48. de Regularib. Gutier. lib. 1. canon. quæſt. c. 14. n. 9. Azor. l. 1. p. lib. 13. c. 8. q. 1. ad ſinem Man. Rodrig. l. 1. quæſt. regul. q. 49. art. 3. Zenedo collect. 31. ad ſext. decret. Sanch. alijs telatis lib. 6. ſum. 6. 15. n. 37. Auguſt. Barboſa 3. p. de poteſt. epiſc. allegat. 102. n. 16. c. ſeqq. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 9. n. 3.**

Hinc deducitur; ſi bellum ingruat, & periculum ſit quod hoſtes monaſterium inuadant, honore quoque monialium, & forſe ultra periclitetur, niſi exeant, dari ſufficientem cauſam egreſſus. At idem eſt ſi conuentus inundationis periculum habeat: quia ſunt cauſas incendio ſimiles, & tenent, Nauarr. Gutier. Zenedo. Azor. Suar. *loci alleg. Sanch. n. 44.*

14. Sed an ob morbum non alijs contagioſum, ſed tantum patienti periculoſum, & nociuum, quique indicatur interemptur monialem, ſi in monaſterio peſſeueret, vel ob æris intemperiem, vel ob tardium, quo ibi afficitur, vel ob penuriam rerum, & medicinarum ad recuperandam ſalutem, vel ob longam medicorum diſtantiã, ſeu abſentiam, vel ob alias cauſas: at ſi eſt monaſterio egrediarur, creditur à periculo liberandam, poſſit concedi egreſſus. Grauior eſt dubitatio. Communis ſententia negat hanc eſſe legitimam cauſam facultatis concedendo: ſic Gutier. *lib. 1. canon. quæſt. c. 14. n. 7. c. ſeqq. Zenedo collect. 31. ad ſextum decret. al. Manuel. quæſt. regul. l. 1. q. 49. art. 3. Thom. Zerola praxi epiſcop. l. 2. p. verbo monialis in ſine. Sanch. lib. 6. ſum. c. 15. n. 39. Barbol. 3. p. de poteſt. epiſc. alleg. 102. n. 21. Layman. lib. 4. ſum. tract. 5. c. 12. num. 1. verſ. 3. Mouentur quia hæc cauſa non eſt ſimilis, ſed potius diſſimilis illis, quas*

Pius V. ut legitimam tantum expreſſit, illis enim Pontifex ead legitimam cauſas expreſſit, quæ non tam bonum ſpeciale ſingularium monialium, quam conuentus ſpectabant, ut conſtat ex aſſignatione magni incendiij, infirmitatis lepræ, & epidemix, quæ toti conuentui detrimentum afferunt, ergo cauſa ſingulariter nociua ſimilis non eſt à Pontifice enumeratis; & proinde non eſt cenſenda legitima. Et confirmo, ſi quilibet ſingularis infirmitas periculoſa tantum obſeruanti clauſuram præberet cauſam legitimam egreſſus, ut quid Pontifex decedens cauſas legitimas, infirmitates contagioſas expreſſit, illius enim dicere poſſet quilibet infirmitatem, cui in monaſterio ſuccurri non poteſt, bene extra, eſſe legitimam cauſam egreſſus. Cum ergo id non dixerit, conſeſſit non eſſe cauſam legitimam. Neque videti debet obligari monialem ad peſſeuerandũ in loco cum periculo vitæ, quia eam monialem ad peſſeuerandũ in loco cum periculo vitæ, quia eam obligatio non eſt à lege ipſi impoſita, ſed ab ipſa voluntate aſſumpta, cum profeſſionem emiſit; tunc enim ſe ſubdidit legi præcipienti ibidem manere, tamen ex illius loco habitatiõis periculum corporalis ſalutis imminet, ſicut enim religioſi veri ſubdantur ea in regione, & conuentu habitare, ubi prælatu bono communi religionis iudicauerit expedire, eſt illi ſua cum periculo mortis, à fortiori obliganda ſunt moniales. Aliàs ſi prælatuſ religioſis viris ſcientibus ætis intemperiem ſibi eſſe nociuam, tenetur facultatem inde exendi concedere, quem poſſet compellere ad habitandũ in regionibus inſanſiſ; Periculum ergo, ſingulari bono communi, & religionis poſtponendum eſt, præcipue cum hoc periculum non ita clarum ſit, & manifeſtum, ſed ſæpè id ſibi præſeque monialis audivit exendi, & medici voluntate ei placendi in non ſe clauſura, religionis & honeſtatis detrimentum. Expedire ergo hoc oſtium autoritate Pij V. communi ſententia firmata præcludi.

15. Nihilominus eſt ſupradicta ſententia omnino tenenda eſt, & conſulenda; at contraria probabilitate non caret, ſcilicet ob infirmitatem patienti tantum nociuam, cuius remedium egreſſu monaſterij ſperatur, intra verò deſperatur, licentiam exendi concedi poſſe, tenet eam piſſimus, & doctiſſimus Nauarr. *com. 4. de regul. n. 49. Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. c. 9. n. 9.* Mouentur triplici fundamento. Primo: quia legatorum humanus nunquam obligat, nec videtur obligare poſſe, ne fugias mortem etiam ſuppoſita voluntaria obligatione ſtatũ aſſumpti, niſi in ea fuga bonum commune maxime periclitetur, ut contingit in bello, & in exemplo adducto de religioſis commorantibus in regione infeſta, qui ſi ſibi compelli non poſſent habitare, conuentus diſſolueretur, ex egreſſu vnus, vel alterius monialis in firmæ, cuius ſalus ſperatur extra clauſtra, intra verò deſperatur, non videtur bonum commune caſtratis, & religionis periclitari. Ergo non eſt cenſendus Pontifex ſuo præcepto ad clauſuram in hoc caſu obligare voluiſſe. Secundo: quia ſatis probabiliter dici poteſt Pontificem hunc cauſam infirmitatis ita frequentis omiſſe expiimendo cauſam infirmitatis contagioſæ, quia exiſtimauit eſſe moraliter impoſſibile dari cauſam, in quo extra clauſtra ſperatur ſalutis, deſperetur intra. Ergo ſi de factis cauſis detur lex Pontificia, potest falſa præſumptio fundata, eo caſu non obligabit. Tertio, quia is caſus non videtur diſſimilis illis, quos Pontifex ut legitimam expreſſit, ſed potius ſub illis conuenus. Non enim Pontifex ſolan cauſam publicam, & toti conuentui nociuam ſpectaſſe videtur, ſed etiam ſingularem ſingulis monialibus periculoſam, quod exemplo incendiij probat Suar. *lib. 1. c. 9. n. 11.* Si enim fingeremus incendium talis conditionis eſſe, ut vnus, vel altera monialis periclitaretur, niſi extirperet, reliquis abſque periculo manentibus, cui dubium eſt poteſt illas moniales periclitantes cauſam legitimam habere egreſſus? Ergo ex paritate rationis, quoties vel in obſeruanda clauſura, ceſſet verò extra illam, legitima erit cauſa egreſſus. Confirmari poteſt exemplo mortis violentæ, quam ſi monialis fugere non poſſet, niſi eſt monaſterio egrediretur, poſſet vique egredi, ut ipſemet Sanch. & Barb. admittunt, & tamen is caſus ſolum patienti eſt nociuus, non alijs; ergo cauſa non publica ſed ſingularis, ſinguliſque periculoſa legitima eſt egreſſus. Neque inde ſit, poſſe monidem ſe inſulam inconſulto prælatu exire, ſicuti poteſt in caſu incendiij, quia incendium non patitur moram, bene tamen infirmitas.

16. Deinde dubitare poteſt, an ſit legitima cauſa egreſſus, ſi monialis exeat ad fundatiõnem alicuius monaſterij, vel ad regimen illius? Videtur enim non eſſe ſufficientem, quia hæc cauſa non eſt ex enumeratis à Pio V. cum non ſit incendium, neque infirmitas contagioſa, neque etiam eſt ſimilis illis, cum nullam damnus ex omiſſione illius exitus religioni proueniat; neque in temporalibus, neque in ſpirituallibus; tamen ceſſet incrementum, quod ſperari poterat. Ob lucrum verò acquirendum non videtur monialem e conuentu exire poſſe. Cæterum omnino tenendum eſt legitimam cauſam egreſſus eſſe ad regendum monaſterium, ſic docuit Nauarr. *com. 4. de Regularib. bonum lib. 1. c. 3. conſil. tit. de Regularib. conſil. 4.*

DE
ASTRA
PALATIUM
IIII

aliis de statu Monach. *conf. lib. 1. canon. quest. 1. cap. 14. n. 10. & 11. Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quest. 49. art. 5. Sanch. lib. 6. c. 15. n. 45. & segg. Barbol. 3. de potest. p. 1. alleg. 102. n. 15. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 9. n. 11. Ratio ea est; quia hæc causa non comprehendatur sub enumeratis à Pio V. comprehenduntur tamen sub non exclusis ab illo: non enim illa dictione taxativa, & exclusiva generali censetur exclusisse causam specialiter à iure concessam. Quia genus non derogat speciem neque universale singulare, tamen hoc præcedat: At à Trid. *sess. 25. c. 7. de Regularib.* concessus est transitus ex vno monasterio ad aliud ob illius gubernationem. Ergo hæc concessio à Pio V. non censetur derogata.*

Hinc fit, per æquiparationem idem esse dicendum de monasterij fundatione, cum ex illo egressu & bonum temporale & spirituale religioni proveniat, si que fundatio quondam regimen religioni valde necessariat; & tradit Nauarr. *dicto conf. 48. de Regular. aliis de statu monach. & Rodrig. dict. 9. 49. art. 5. Sanch. n. 47. Suar. cap. 9. n. 13. Barbol. num. 21.*

17. Ob supradictam rationem est causa legitima egressus, si pro iuramento fidelitatis præstandi alicui principi in recognitionem feudi, quod monasterium habet debeat Abbatissa, egressi; quia in *cap. periculofo §. verum*, hæc causa egressus iudicatur legitima, neque Pius V. qui Bonifac. constitutionem innouavit hæc causam à Bonifac. expressam censendam esse repellere. Item est legitima causa, si opus sit monasterium ex vno loco in aliud transferri; quia in *Trid. sess. 25. c. 5. de Regul. hæc causa approbata est, neque præsumi potest à Pio V. reuocari, atque ita docent Man. Rodrig. tom. 1. qq. reg. 9. 49. art. 5. corollari. 4. Sanch. lib. 6. sum. c. 15. n. 43. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 9. n. 13. At idem est, si necesse sit, moniale alio monasterio recludi ad penitentiam faciendam; quia in *cap. quoniam de Simonia*. hæc causa, ut legitima approbatur; quam Pius V. non est censendus derogare: sic Sanch. n. 47. Suar. n. 13. sub qua causa vtpote omnino simili comprehenditur egressus necessarius, ut monialis corrigatur; contingere enim potest ob penitentiam cognatorum, vel ob aliam causam ibi commodè corrigi non posse: poterit ergo tunc ex illo monasterio exire, præcipue cum hic exitus, sicut & exitus ad faciendam penitentiam non tam sit voluntarius, quam necessarius, bonumque commune in eis spectetur, tum vt alix moniales timeant, tum ne in malo exemplo minus puniat, & correctæ perueniant, & ita fultinet Man. Rodrig. *dicta 9. 49. art. 5. coroll. 2. Nauarr. dicto conf. 48. de Regul. aliis de statu Monach. Sanch. cap. 15. n. 47. Suar. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 9. num. 13.**

18. An vero sit causa sufficiens egressus ad aliud monasterium, si in eo, in quo monialis existit ob aëris intemperiem, vel alimentorum qualitatem continua laborat infirmitate, quam sperat medendam loci mutatione; quamvis hæc causa insufficientis iudicetur pro egressu monasterij, vt in seculo commoretur. Videtur enim esse sufficientem, quia illa non tam est egressus à clausura, quam illius mutatio. Neque censendus est Pius V. & Trid. clausuræ mutationem interdixisse, sed tantum illius desertionem: sic *Gurierr. lib. 2. canon. qq. c. 14. n. 10. probat posse monialem ex vno monasterio in aliud transferri, vt sic Abbatissa. Sed non placet hæc sententia; quia esto ille egressus sit clausuræ mutatio, est tamen illa mutatio vera præcedentis clausuræ egressus, & desertio. Ergo negato ob causam singularem, & propriam vnus monialis posse clausuram deserere, afferendum omnino est ob supradictam causam nõ posse monialem ex vno monasterio in aliud transferri. Alias sit verum esset solam clausuræ absolutam desertionem, non illius mutationem prohiberi, liceret moniali egredi per vniam monasterij portam, vt statim sine vlla mora per aliam ingrederetur præcipue, si aliquo honesto sine ducatur, quod est à veritate omnino alienum, & ita fultinet Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 9. n. 5. & 6.*

19. Illud vero est omnino aduertendum, cessante causa, ob quam moniali egressus permissus est, debere illico redire ad clausuram vt expresse decidit Text. in *cap. periculofo, de statu Monach. in 6. & Pius V. in constitut. incipienti: Decorum & honestati*. Sed hoc non est ita metaphysicè intelligendum, vt quolibet mora in statu peccati monialem constituar; debet enim esse ita diuturna, vt per se appareat in fraudem legis fieri, qualis non censetur detentio vnus vel alterius diei: sic Man. Rodrig. *tom. 1. quæst. regul. 47. art. 11. Sanch. lib. 5. sum. cap. 15. n. 50. vbi n. 61. optime infero monialem è monasterio exeuntem causa fundationis, correctionis, vel gubernationis alicuius monasterij, esto obligata sit via recta tendere; si tamen aliquantulum demoretur, vel à via recta intra octo, vel nouem leucas discedat causa iudicanda cognata, amica, vel imaginis, non violare clausuram; quia est breuis detentio, & moraliter necessaria, spectato communi stylo iter agentium, iuxta quem præceptum clausuræ mensurandum est.*

20. Quarta difficultas est de penis impostis, tum illicitè egredientibus; tum comitantibus; vel aliquo modo ad egressum cooperantibus. Pro iis actionibus Bonifac. VIII. in *dicto cap. periculofo*, nullam penam tulit, neque item Trid. solum aduersus magistratus seculares negantes Episcopo

Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

auxilium ad clausuram instaurandam statuit excommunicationem ipso facto. At Pius V. in dicta constitut. quæ incipit *Decorum & honestati* penam excommunicationis reservatæ imponit aduersus egredientes; seu licentiam egressus quomodocumque concedentes, aliter quam in constitut. permissum est. Item aduersus comitantibus, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non. Insuperque aduersus egressas, & superiores licentias concedentes fert Pontifex priuationem, dignitatum, officiorum, & administrationum, quæ eo tempore obtinent, redditque inhabiles ad ea, & ad alia in posterum obtinenda. Ex dictis punct. præced. constat nomine dignitatum, officiorum, & administrationum, quibus egressa, & superiores licentias concedentes priuantur, intelligi dignitates, officia, & administrationes superioritatem, & quasi iurisdictionem habentia. Item ex eodem punct. constat ad hæc penam incurrendam iudicis sententiam saltem declaratoriam criminis, quamvis non declaratoriam penam, exigi.

21. Quocirca explicandum restat, quas personas excommunicatio, & priuatio officiorum, & inhabilitas quæ ad illa afficiant? Et primo dubitatur; an afficiant moniale legitimum titulo egressam, sed iniquè extra clausuram commorantem; eo quod cessauerit causa, ob quam egressus concessus fuit? Negat Sanch. lib. 6. sum. cap. 15. n. 70. Mouetur, quia Pontifex has penas indixit egredientibus aliter quam ipse disposuerit, at hæc monialis non aliter egressa est, esto aliter post egressum commoretur, ergo hæc penæ illam non comprehendunt. Nichilominus oppositum verius censet. Nam Pontifex has penas indixit monialibus egredientibus aliter quam ipse disposuerit, sed ipse disposuit, vt non nisi ex causa incendij, infirmitatis, lepræ, & epidemix ab Episcopo cognita, & in scriptis approbata è monasterio exirent, neque extra illa nisi ad necessarium tempus starent: ergo stans vltra necessarium tempus extra monasterium, non egreditur à monasterio qualiter Pontifex præscripsit, si quidem non exequitur illam conditionem, vt solum durante necessitate foras existeret. Deinde monialis, quæ extra monasteria vagatur, proprie dicitur à monasterio egrediens, quia ad hanc denominationem non est spectandus primus egressus Physicus, sufficit moralis, & continuatus. Adde Pontificem imponentem priuationis, & inhabilitatis penam non vsum fuisse verbo egredientes, sed egressas, vt tacite insinuat illis verbis idem significari. At constat monialem egressam, & vltra tempus necessarium in seculo commorantem violare Pontificum statutum. Ergo afficitur illius penis: hæc enim non videtur imposta egredientibus vtrunque, sed egredientibus, si vltra tempus necessarium in seculo commorentur; si quidem verbum illud (*vt præfertur*) ad omnia antecedentia referendum est; at immediatè antecessit, ne egrediens vltra tempus necessarium extra monasterium existeret. Ergo hæc penæ comprehendunt: & ita docet Llamas in *methodo curat. in append. §. 10.*

22. Secundo dubitatur; an hæc excommunicatio, & officiorum, dignitatum, & administrationum priuatio afficiat Episcopos comitantes monialem, vel iniquè licentiã concedentes, (quæ approbantes) Ratio dubitandi est; quia textus apponendo penas expresse mentionem Episcoporum non fecit, sed solum generaliter dixit, excommunicationi subiaceret comitantes iniquè egressam, vel illam receptantes, licentiãque exeundi aliter quam præfertur cõcedentes, & infra, tam egressas, quam præfidentes, & alios superiores prædictos eis licentiã huiusmodi concedentes dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & per eos tunc obtinentes, priuat, & illos ad obtenta, & ad alia in posterum obtinenda inhabiles decernit. Quæ omnia de regularibus prælati, alique ordinariis videntur tantum intelligenda, non de Episcopis, quorum expressa mentio facta non est: præcipue cum in *cap. quia periculofo, de sent. excomm. in 6. decimum* sit nulla suspensio episcopos ligari, nisi illorum fiat expressa mentio: hæc autem priuatio, & inhabilitas dignitatum, & c. est quædam suspensio. Ergo saltè hæc penæ episcopis non contrahunt. At verius censet episcopos his penis comprehendendi, sic docuit Sanch. lib. 6. c. 15. n. 75. Et de pena excommunicationis certum reputo, si forte monialem iniquè egressam comiteretur, vel recipiat, aut licentiã absque causa legitima cõcedat: quia à pena excommunicationis ob supradictas actiones imposta non possunt eximi episcopi; eo quod illorum non fuerit expressa mentio facta; quia ad eam penam incurrendam ea mentio necessaria non est, vt colligitur ex *d. c. quia periculofo, de sent. excomm. in 6. De pena priuationis, & inhabilitatis non est ita certum ob ea quæ dicuntur in ratione dubitandi. Vt verius existimo eam penam episcopum iniquè licentiã concedentem incurrere. Tum quia hæc priuatio, & inhabilitas non est suspensio quæ sit cõsura, & in *c. quia periculofo* de suspensionis censura videretur Pontifex locutus. Tum & præcipue, quia expresse episcopi mentio facta est; si quidem dixit textus episcopi, & regularis prælati esse hæc licentiã cõcedere, & postea subdidit, priuationis penam aduersus superiores prædictos eis licentiã huiusmodi cõcedentes. Debent ergo hæc verba intelligi*

T 3 de

de ſuperioribus, de quibus immediatè antea dixerat, at hi erant epiſcopi, & regulares prælati, ergo omnes ij his pœnis comprehenduntur.

23. Tertio dubitatur, qui comitatus, & receptio neceſſarij ſint, ut comitantes, & recipientes moniales iniquè egreſſam cenſuram excommunicationis incurrant? Breuiter reſpondeo, debere eſſe comitatum, vel receptionem, quæ eum egreſſum, vel illius perſeuerantiam foueat, aliàs non eſt formalis comitatus, vel receptio monialis è monaſterio egreſſæ: ſic Man. Rodrig. tom. 1. queſt. regul. queſt. 49. art. vlt. Sanchez lib. 6. ſum. cap. 15. num. 72.

24. Aduertendum tamen eſt ad incurrendum ſupradictas pœnas egreſſum à clauſura completum requiri, quod ſufficit etiam ſi ad breuiſſimum tempus fiat. Secus verò ſi egreſſus incompletus eſſet, qualem cenſeo ſi extra limen clauſuræ non totum corpus, ſed partem haberes. Sanchez lib. 6. ſum. cap. 15. num. 6. 8. & 68. & cap. 16. num. 70. Barboſa 3. part. de poteſt. epiſc. alleg. 102. num. 30.

PUNCTVM X.

Qualiter ingreſſus in monaſteria monialium ſit prohibitus.

Conſtat in monaſteria monialium ingreſſum prohibitum eſſe à Bonifac. VIII. in cap. periculoſo de ſtatu Regular. in 6. ibi. Nulli aliquatenus inhonèſtæ perſonæ, nec etiam honèſtæ (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius ad quem perſonerit ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad caſdem moniales. Quod decretum quoad ingreſſum confirmauit Trid. in dicta excommunicationis pœna, ibi, ingreſſi intra monaſterij nemini liceat cuiuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit ſine epiſcopi, aut ſuperioris licentia in ſcriptis obſerta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis. Pius vero V. & Greg. XIII. & Sixtus V. varias conſtitutiones nouis pœnis auctas in fauorem huius clauſuræ ediderunt: ſed hæc non tam prohibent ingreſſum, quam ingreſſum prætextu facultatis conceſſæ, & reuocatæ, de quarum intellectu inſta aliquid attingemus. Vt igitur hæc prohibitio clariùs innoſceat, examinandum ſigillatim eſt. Primo, quæ ſint perſonæ ſub hæc prohibitionem comprehenſæ. Secundo, qui poſſint licentiam dare ad ingreſſum, & qualiter hæc licentia concedenda eſt. Tertio, quæ cauſa neceſſaria ſit, & ſufficiat ad prædictam licentiam concedendam. Quarto, quæ pœnæ impoſitæ ſint tum ingredientibus, tum admittentibus, tum licentiam concedentibus aliter quam à iure permittitur.

§. I.

Quæ ſint perſonæ, quibus ingreſſus in monaſteria Monialium interdictus eſt.

S V M M A R I V M.

1. Omnibus cuiuſcumque conditionis excepto Rege, Regina, &c. prohibetur.
2. Non prohibetur infantibus.
3. Prohibetur perpetuo amentibus.
4. Quid dicendum de Monialibus licitè egreſſis; Proponitur ſententia Llamas & Sanch. Rariùs eſt in nullum monaſterium ingreſſi poſſe.

1. Conſtat ex cap. periculoſo de ſtatu Regular. in 6. & ex Trident. dicto cap. 5. ſeſſ. 25. interdictum eſſe in monaſteria monialium ingreſſum omnibus cuiuſcumque ætatis, & conditionis ſine tam viris, quam feminis, tam laicis, quam clericis, tam ſæcularibus, quam regularibus, ac etiam epiſcopis, ut tenet Nauarr. com. 4. de Regularib. num. 39. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 393. num. 5. & 20. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 1. in prin. Solum Reges, Regina, eorumque filij, & nepotes tacitè excipiuntur. Hi enim non cenſentur ſub generalibus verbis comprehenſi ob eorum regalem conditionem, ſed opus eſt illorum expreſſa mentione. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 16. num. 3. & cap. 17. num. 5. Quocirca de triplici perſonarum genere eſt aliquis difficultas; an ſit eis ingreſſus interdictus, nempe de infantibus, de amentibus, & de Monialibus ob neceſſariam cauſam à monaſterio egreſſi.

2. Quod attinet ad infantes, qui uſum rationis non attigerunt, manifeſtum eſt hæc prohibitionem non teneri; quia ipſi nullius præcepti capaces ſunt. Ex quo ſit neque moniales prohibitas eſſe illos admittere. Quia prohibitio monialibus facta eſt acceſſoria prohibitioni ingredientium, ut ma-

niſteſtè colligitur ex Trident. dicente, nemini liceat intraſſa ta Monasterij ingreſſi. Cum ergo hi infantes nulla ingreſſus teneantur prohibitionem, neque moniales teneantur illos non admittere: ſic Nauarr. com. 4. de Regularib. num. 39. & in ſum. cap. 28. addit. 2. ad num. 143. cap. 25. Azor. tom. 1. inſtit. mor. lib. 3. cap. 8. queſt. 5. Man. Rodrig. queſt. regul. tom. 1. queſt. 46. art. 1. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 16. num. 5. Barboſa 3. part. de poteſt. epiſc. alleg. 102. num. 14. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 2. & alij apud ipſos.

3. De perpetuo amentibus grauior eſt dubitatio; nam cum ipſi altrinque non poſſint præcepto obſeruandi monialium clauſuram; eo quòd vii rationis careant; neque moniales videntur obligatè illos non admittere; ſicuti de infantibus diximus. Verum omnino tenendum eſt hos amentes excludendos eſſe, grauiorque peccatores qui illos in monaſteria monialium introducunt, vel admittunt. Nam ipſi ſicut ebrij, & dormientes hæc obligatione ligati ſunt, tameti ob defectum rationis ab illius obſeruatione excuſentur: quam excuſationem habere non poſſunt eos liberè introducentes, & admittentes; ſicuti non haberent, ſi ebrios, & dormientes introducerent. Et fortè ea de cauſa in cap. periculoſo ſub verbo paſſiuo dictum eſt. Nulli inhonèſtæ, vel honèſtæ perſonæ ingreſſus pateat; ut ſic non tantum liberè ingredientibus, ſed permittentes ingreſſum comprehenderentur, & manifeſtum eſt ſub perſona honèſtæ, vel inhonèſtæ hos amentes intelligi, qui à monaſteria perturbare poſſunt, & vanis locutionibus ad malum pronocare, & ita tenet Nauarr. comment. 4. de Regul. num. 59. Sanch. lib. 6. cap. 16. num. 8. Man. Rodrig. queſt. regul. queſt. 46. art. 1. Barboſa alleg. 102. num. 32. ſine Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. & num. 3.

4. Tertio dubitari poteſt de monialibus licitè è monaſterio egreſſis; an liceat monaſteria ingreſſi: Et quidem ingreſſi in proprium monaſterium, in quo clauſuram profeſſæ ſunt, nemini poteſt eſſe dubium licitum omnino eſſe: ſi quidem ſolum pro neceſſitate vigente, & licentia in ſcriptis obſerta permiſſum monialibus eſt extra illud manere; ac poſſe in alienum monaſterium ingreſſi ſive ſit eiudem ordinis, & habitus ſive diuerſi difficultate non caret, eo quòd ſit ingreſſus in monaſterium abſque licentia. Llamas in metodo curæ. in append. §. 11. in fine exiſtimat monialem, & vanis locutionibus ad malum pronocare, & ita tenet Nauarr. comment. 4. de Regul. num. 59. Sanch. lib. 6. cap. 16. num. 8. Man. Rodrig. queſt. regul. queſt. 46. art. 1. Barboſa alleg. 102. num. 32. ſine Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. & num. 3.

5. Licentiam admitti comparatione monaſterij eiudem Ordinis, & habitus, ſecus diuerſi. Mouetur; quia comparatione monaſterij eiudem Ordinis ceſſat prohibitio, quæ eſt, ne extranea illuc ingrediat; ac monialis eiudem ordinis, & habitus non eſt extranea à conuentu, ſed moraliter propria illius. Ergo ingreſſi poteſt ſive cauſa hoſpitij, ſive gratia animi recreandi, aut inuiſendi moniales. Quæ ratio non procedit in monaſterio diuerſi ordinis, ac proinde in illud abſque licentia ingreſſi non debet. Hæc autem licentia (inquirit Sanch.) concedi poteſt, ſi eo in loco non ſit aliquid hoſpitiæ, in quo commodè noctem ducere poſſet; quia religioſa charitas, honèſtasque monialis ſufficientem cauſam præbent illius licentiæ concedendæ.

Sed hæc Sanch. diſtinctio mihi non probatur; nam eſto monaſterium ſit eiudem ordinis, & habitus, cuius eſt monialis illuc ingrediens; non inde ſit, monialem alibi profeſſam, & alterius monaſterij clauſuræ obligatam eſſe propriam illius. Aliàs omnes moniales eiudem ordinis, & habitus poſſent pro libito quælibet monaſteria ſue religionis ingreſſi, cum ſint ſub eadem clauſura, quod eſt omnino falſum. Quocirca verius exiſtimo ſive monaſterium ſit eiudem ordinis, ſive diuerſi non poſſe monialem illuc ingreſſi abſque ſuperioris illius licentia; quia cum non ſit illius monaſterij, ſed alterius, comprehenditur ſub prohibitionem concilij interdictæ omniſibus, qui illius monaſterij non ſunt, ingreſſum in illud. Supradictamque licentiam exiſtimo dari poſſe, ſi eo in loco non adit hoſpitiæ, quo commodè noctem ducere poſſet; quia eo caſu honèſtati monialis, & decenti religioſi habitus conſulitur; ac proinde cenſeri debet legitima cauſa licentiam concedendi. Secus vero ſi monialis cauſa recuperandæ ſalutis in aliquo oppido exiſtente, velleque cauſa animi recreandi, vel monialis inuiſendi monaſterium ingreſſi, cenſerem vique cauſam legitimam non eſſe ingreſſus quia non eſt neceſſaria.

§. II.

Qui possint licentiam dare ad ingressum in monialium monasteria, & qualiter hæc licentia concedenda sit?

S Y M M A R I V M.

1. Episcopus concedit licentiam in monasteriis sibi, sedique Apostolica immediatè subiectis, in aliis regularis Prælati.
2. Qui nomine Episcopi veniant?
3. Qui veniant nomine superioris.
4. Nemini alteri à superiore consentus huius facultatis concessio delegari potest.
5. Prælati potentes alia concedere facultatem sibi assumere possunt ex causa tamen necessaria.
6. In scriptis hæc facultas concedi debet.
7. Limitant aliqui in casibus frequenter occurrentibus, & à iure concessis. Sed non admittitur limitatio.
8. An casu quo à superiore expostulari licentia requiritur, debeat peti ab Abbatis, cui nec facultas, nec arbitrium commissum est? Affirmant aliqui. Verius est oppositum, appositam quadam declaratione.
9. Primo ingressu licentia absolute concessa finitur.

Episcopus in monasteriis sibi subiectis, & subiectis immediatè sedi Apostolicæ hæc licentiam concedit. In monasteriis verò exemptis, & regulari Prælati subiectis prælati regularis. Quod satis indicavit Concilium dicto cap. 5. sub distinctione Episcopi, vel superioris licentiam requirens, sibi, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta; & infra. Dare autem Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis. Non quasi vellet Episcopus, vel regularem prælatum in quælibet monasteria potestate gaudere concedendi hæc licentias, sed Episcopus in monasteria sibi, vel sedi Apostolicæ subiecta, regularem vero Prælatum in monasteria suæ iurisdictionis: sic Nauarr. *com. 4. de Regularib. n. 60. Azor. 1. part. lib. 13. c. 8. q. 7. Man. Rodrig. 1. 1. q. 46. regul. q. 46. art. 2. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 33. Barbosa alleg. 102. n. 40. & 41. Suar. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 11. & 12.*

2. Nominè Episcopi intelligitur Abbas, Prior, & quilibet alius iurisdictionem quasi Episcopalem habens. Non enim dignitatis, sed officij, & iurisdictionis eo nomine Episcopi spectatur. Deinde intelligendus venit vicarius Episcopi, & capituli sede vacante, quia hi sunt ordinarij, quibus monasteria subiecta Episcopali iurisdictioni subiciuntur. An autem debeant habere speciale mandatum? Affirmant communiter doctores præcipue quoad monasteria Sedi Apostolicæ immediatè subiecta: nam hæc non auctoritate ordinaria, sed delegata reguntur ab Episcopo, quæ ex designatione vicarii communicari non censetur: sic Barbof. *alleg. 102. n. 28. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 11. restaturque à sacra congregatione decilum.*

3. Nominè superioris intelligitur regularis ille prælati sue generalis, siue provincialis, siue localis, cui monasterium subiectum: quia solum subiectionem, & gubernationem Concilium spectavit. Suar. *t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. à num. 12. Sanch. lib. 6. sum. c. 16. n. 35. & 16. Barbosa alleg. 102. num. 40. & 41. Abbatissa vero sub illo nomine superioris non comprehenditur, quia illi monasterium absolute subiectum non est, sed secundum quid quoad regimen domesticum: & tradunt pro certo Nauarr. *com. 4. de Regul. n. 59. sibi contrarius via qua doceret. c. 28. addit. 2. ad n. 143. c. 25. Azor. 1. 1. in fin. moral. lib. 13. c. 8. q. 6. Man. q. regul. 1. 1. q. 46. art. 2. Sanch. aliis relatis lib. 6. sum. c. 16. n. 22. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 14.**

4. An autem prælati consentus vices suas committere Abbatissæ, vel confessorio possit? Affirmat Nauarr. *dicto com. 4. de Regular. n. 60. Man. Rodrig. q. 46. art. 2. in fine. Graffis 1. p. decif. lib. 4. cap. 13. n. 6. Sanch. lib. 6. c. 16. n. 22. quia hæc potestas iure ordinariæ prælati competit, & eaque de causa videtur posse eam cuiuslibet delegari. At verius censo nemini alteri à superiore consentus delegari posse: quia Concilium Tridentinum hæc delegationem videtur prohibuisse, si quidem dixit nullum alium præter Episcopum, & superiorem hæc licentiam concedere posse etiam vigore *cuiuscumque facultatis*, vel indulti hæctenus concessi, vel in posterum concedendi. Non ergo Abbatissæ, vel confessorio hæc facultas committi potest: sic sustinet Suar. *t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 14. Quod si officias frequenter contingere casus, qui necessario postulante ingressum, & superior abest: expediebat ergo hæc potestatem Abbatissæ communicari. Facile responderet affirmando absque communicatione facultatis illis casibus prouideri posse: si superior eam facultatem ingressus concedat, cui Abbatissæ, vel confessorio iudicauerit expedire. Vnde Abbatissæ, vel confessorio nos committitur facultas, sed causæ**

iudicium, vt facultas à superiore concessa habeat effectum. Si verò vigeas, ex illis verbis concilij inferri neque Pontificem posse Abbatissæ, vel confessorio, vel alteri ab Episcopo, & superiore consentus hæc facultatem concedere, cum concilium generaliter loquatur, negandum est, quia par in parem non habet imperium: neque enim Concilium voluit, nec potuit Pontificem hæc potestate priuare, sed voluit, vt nunquam à Pontifice talis commissio fieret: sic Suar. *d. cap. 10. n. 4.*

5. Rursus Episcopus, vel Prælati, qui possunt aliis licentiam ingrediendi concedere, & sibi concedere possunt ex causis tamen necessariis: tum quia secum dispensare possunt, sicut possunt cum subditis: tum quia illa non tam est dispensatio, quam vltus licentiæ à iure concessæ: tum denique quia sic decidit Greg. III. in bulla incipiente *Dubius quæ emergunt edita anno 181. Decembr. 25.* caueturque in dicta bulla eos debere ingredi à paucis, & senioribus associatos; & ita tradit Nauarr. *lib. 3. consil. tit. de statu Monach. consil. 6. aliis 9. Man. Rod. 1. 1. q. 46. regul. q. 46. art. 5. Azor. 1. p. in fin. moral. lib. 13. cap. 8. q. 9. Sanch. li. 6. sum. cap. 16. n. 25. Barbosa alleg. 102. n. 43. Extendenda est hæc doctrina ad omnes illos, qui ex delegatione habent potestatem ingrediendi ad huiusmodi ingressum absque personarum limitatione, vel cum limitatione personarum, sub quibus ipsi comprehenduntur; Hi enim possunt secum dispensare, sicut cum aliis, vt bene aduertit Sanch. *n. 26. & 27.**

6. Modus autem quo hæc licentia concedi debet præscribitur à concilio, vt sit in scriptis, vt hæc ratione rarius, maturiorque consideratione concedatur. Quocirca sine dubio existimo peccatum mortaliter, & in excommunicationem à concilio statutum incidere, qui licentia ore tenus concessa contentus monialium monasteria ingrederetur, cum postea licentiam in scriptis obtinere. Neque enim existimandum est qualitatem scripturæ tanquam rem leuem, leuissime considerationis à Concilio, & Pio V. expostulari: sic sustinet Llamas *in methodo curas. in append. §. 6. in fine. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 32. Quod adeo verum est, vt si superior generalem licentiam ingrediendi concedat omnibus illis, quos Abbatissæ, vel alius tertius ingredi necessarium esse iudicauerit, debeat in scriptis hæc concessionem facere: quia illa concessio est vera licentia pro ingressu. Secus dicendum est de iudicio necessitatis ab Abbatissæ factis; quia illud iudicium non est licentia, sub conditione, vt licentia à superiore concessa effectum habeat: ac proinde scriptura non indiget: sic sustinet Sanch. *li. 6. sum. cap. 16. n. 38.**

7. Hanc conclusionem limitat Llamas *supra*, & frater Ioan. de la Cruz *lib. 1. de statu Religio. cap. 5. d. 2. concl. 3. notab. 3. Barbosa allegat. 102. num. 57. & in remissione concil. dicti cap. 5. circa finem*, vt non procedat in casibus frequenter occurrentibus, & à iure concessis, quales sunt ingressus medici, confessoris, visitatoris, artificis, & similibus. Ceterum verius existimo pro his omnibus licentiam in scriptis necessariam esse, si commodè obtineri potest; quia concilium absque vlla exceptione pro casibus necessariis licentiam in scriptis requirit. Et licet ingressus medici, confessoris, visitatoris, artificis à iure concessus sit, quando adest necessitas, hæc examinare, & approbare Episcopo, vel superiori consentus competit: Præterquam quod sæpe expediet hæc licentiam aliquibus ex his ministris negare; quia suspecti sunt, aliis tamen concessa. Merito ergo in tali approbatione scriptura inerte tenere debet, vt sic cum maiori consideratione concedatur: sic Sanch. *lib. 6. sum. cap. 16. n. 33. Dixi si commodè in scriptis obtineri licentia potest, vt excluderem casum, quo ex expectatione dictæ licentiæ graue damnum timeretur. Non enim lex humana cum eo rigore obligat, imo nec obligaret licentiam ore tenus expectare, si ex illius expectatione periculum esset grauis damni: sic Nauarr. *com. 4. de Regularib. n. 60. Graffis 1. p. decif. lib. 4. cap. 13. n. 6. Sanchez lib. 6. sum. c. 16. n. 34.**

7. Sed an eo casu, quo à superiore expectari licentia nequit, debeat ab Abbatissæ expostulari, difficultate non caret: Et quidem si Abbatissæ commissæ sit facultas licentiam concedendi, vt committi potest iuxta probabilem aliorum sententiam, vel secundum nostram concessa sit à superiore facultas iis, quibus Abbatissæ necessarium esse iudicauerit, certum est hæc facultatem, vel hoc arbitrium ab Abbatissæ esse expostulandum, vt sic fiat ingressus ex superioris licentia. At si nec licentia, neque arbitrium commissum Abbatissæ sit, variant doctores; an eius consensus sit expostulandus? Affirmant expostulandum esse. Man. Rodrig. *1. 1. regul. q. 46. art. 2. in fine & q. 47. art. 4. in fine 1. Sanchez lib. 6. sum. cap. 16. num. 37. Mouentur, quia credendum est prælatum pro his casibus vrgentibus, quibus consuli non potest, vices suas Abbatissæ commississe, vt sic maiori eum decencia ingressus fiat, & quoad fieri potest, lex de præmittenda licentia obseruetur. Sed contrarium verius existimo, eo quod Abbatissæ hæc facultas committi non possit, vt ex Tridentino probauimus. Et licet committi possit arbitrium, seu iudicium*

3. Item ex parte contentus est legitima causa ingressus, si moniales indigeant ad infirma domus officia, & ad curandas infirmas scemiois infirmitatibus: sæpe enim moniales choro destinatae non valent iis officiis incumbere, & cum non adint laicæ, seu conuersæ, per quas commodè præstari possint, opus est has famulas recipi: debent tamen recipi sub conditione seruandi clausuram: sic Man. Rodrig. tom. 11. q. 99. regul. quæst. 46. art. 7. & seqq. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 65. & 66. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 18. & 19. Barbosa allegat. 102. num. 60. An vero pro priuata monialis ministerio admitti possint hæ ancillæ? Affirmat Sanch. n. 66. eo casu quo persona nobilis esset, æque valeat, aut nimia senectus, nec satis per famulas monasterij, seu laicas consulti possit. Cæterum existimo directe ob nullius monialis ministerium recipi ancillas posse, sed omnes recipi debere, vt conuenit infirmis, qui obligationem habet infirmis consulendi. Quod si id præstare non possit perceptas, possunt alia recipi, esto ea intentione recipiantur, vt famulati alicuius singularis applicentur Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 20.

6. Ex parte verò singularium monialium, quarum necessitatis remedium in bonum conuentus redundat, dantur peragendi ministeria est sacramentum confessionis, Eucharistia, vel extremae vinctiois. Et quidem si adit periculum mortis, nemini est dubium licere, imo superiorem ad eum ingressum obligari, cum non possit aliter ea sacramenta necessitatis sibi subditæ ministrare. Seculæ vero hæc extrema necessitate licet ingressus ob ministrandum infirmæ sacramentum confessionis, & Eucharistia, quoties ex præscripto regulæ aliis monialibus ministratur; quia ob infirmitatem deterioris conditionis esse non debet, cum eo tempore magis indigeat. Item illis temporibus, quibus solita erat supradicta sacramenta frequentare, poterit frequentare infirma; quia æquum non est eo subsidio tempore maioris necessitatis priuari: sic Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 47. art. 4. Miranda manuel prelat. 2. tract. de sacris monialibus. q. 2. art. 7. Barbosa alleg. 102. n. 49. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 45. & 46.

7. Ad hæc sacramenta ministranda cum sacerdos ingreditur, ingredi debet indutus alba, seu superpellicio, & stola, & duobus, vel saltem vno socio comitatus, vt cauerit ab Urbano IV. in reg. monialium S. Clarae cap. 7. & tradit Sanch. Man. Miranda, & Barbosa supra. Imo licitum est sacerdoti sic ministrare sacramentum ad eum suum sacrum in infirmaria facere; quia eo facto decentius sacramentum infirmis ministratur, quam si ex Ecclesie custodia deponeretur, specialique consolatione recreantur infirma sacrum audiendo: sic Man. dicta q. 47. art. 4. & 2. dub. Mitand. tract. de sacris monialibus. q. 2. art. 18. conclus. 1. Barbosa dicta alleg. 102. n. 49. Insuper licet sacerdoti ingredi, vt monialem in extremis constitutam piis exhortationibus adiuuet, illius serupulos, perturbaciones ledet, indigent enim maxime hoc ministerio moritura. Llamas in method. curat. in append. §. 6. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 48.

8. Secundo moniali obeunte licitus est ingressus omnium illorum, qui ad aperiendum sepulcrum, illamque coaptandam, deferendum defunctæ corpus, officiumque sepulcræ exerecendum necessarii fuerint. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 45. Barbosa alleg. 102. n. 50.

9. Tertio ob curandam monialem infirmam potest medicus ingredi, sed absque famulo; si vero infirmitas grauis sit, expeditaque plures medicos conuocari, omnes ingredi possunt; quia est casus necessitatis. Barbosa alleg. 102. n. 51. Sanch. lib. 6. cap. 16. n. 43. Pharmacopola autem raro licet ingressus, cum possit portionem extra clausuram præparare, & mediis monialibus infirmæ potrigere. Si tamen aliquando opus sit moniales docere, quomodo medicamentum aliqua præparanda sunt, vel asserenda, idque non possit præstare extra clausuram existens, possit clausuram ingredi quia est moralis necessitas: sic expressè Sanch. dicto cap. 16. n. 56. Quarto, ingredi potest ob eandem causam medendi monialem minor sanguinis seu barb. tonfori, & Cliturgus; quia est officium infirmæ fati necessarium, nec illud valent moniales exerecere. Sanch. n. 43. Barbosa num. 14.

10. Quinto de matre, sorore, alisque consanguineis dubitare quis potest; an causa inuisendi mgnalem morti proximam, eamque consolandi ingredi possint? Sed in hac parte decessionem negatiuum habemus à sacra congregatione, eo quod illa visitatio potius merorem causet, quam solatium, mentem monialis distrahatur, & in amore Dei repescere faciat: sic Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 46. art. 11. Miranda manual. prelat. tom. 1. tract. de sacris monialibus. quæst. 2. art. 4. Barbosa allegat. 102. n. 68. Ioan. de la Cruz lib. 1. de statu religio. cap. 5. dub. 2. conclus. 3. & alij.

11. Sexto de sartoribus, qui vestes faciunt, & de sutoribus qui calceos suunt, est dubium an legitimam habeant ingressus causam? Negat de vtrisque Barbosa num. 55. quia ram vestes, quam calceos metiti ab extra possunt. Sanch. dict. cap. 16.

n. 43. Huic sententiæ consentit pro sutoribus, quia absque ingressu possunt de calceamentorum mensura certiores fieri, vel ostensio calceo, vel declaratis punctis. At pro sartoribus reprobatur cum Nauarr. Com. 4. de Regular. n. 59. quia existimat moniali vestes commodè aptari non posse, nisi immediate corpus dimeantur. Ergo vero existimo nec his ingressum necessarium esse, nam esto debeant corpus metiri, & panum forcipibus præparare, præstare id possunt in limine clausuræ, ita vt nec monialis egrediatur, nec ipsi ingrediantur.

12. Qui verò ob prædictas necessitates monasteria, ingrediuntur, illis cessantibus exire illico debent. Quia cessat finis concessionis, & præcepti dispensationis. Sed hoc non est ita strictè & rigorosè intelligendum, vt quælibet breuis mora peccatum mortale constituat; quia hæc præcepta morali, & non metaphysico modo sunt intelligenda. Debet ergo mora esse diuturna, vt ex se pateat in fraudem legis fieri: sic Ludouic. de Miranda manual. prelat. tract. de sacris monialibus. quæst. 2. art. 10. Barb. allegat. 102. num. 59. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 68. Man. Rod. 1. q. regul. q. 47. art. 11. & alij.

13. Ex necessitate ingredientium desumi itidem potest sufficiens causa ingressus. In hoc ergo ordine primum locum obtinent puellæ in monasterio educandæ, vt sic religioni afficiantur, illiusque habitum suscipiant, sin minus virtutibus instructæ nubant. Possent inquam ob hanc causam ex licentia Episcopi, vel superioris, Abbatis, & maiore parte conuentus consentiente has puellas admitti docent passim doctores testanturque à sacra congregatione decisum Man. 1. q. quæst. regul. quæst. 45. art. 10. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. num. 61. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 21. Barbosa alleg. 102. num. 62. & alij plures apud ipsos. Aliquæ tamen conditiones ex sacra congregatione pro his puellis recipiendis seruandæ sunt teste Man. Sanch. Suar. & Barbosa supra. Prima est, ne monasterium habeat statutum in contrarium; quia illud obseruandum est: eaque de causa si numerus statutus est, vltra numerum recipi non possunt. Secunda, vt adit licentia Episcopi, vel superioris conuentus in scriptis, consentitque Abbatis, & maioris patris monialium. Tertia, ingredi debent sine ancillis obligata clausuram obseruare, ita vt inde exire possint, nisi non reuertatur. Verum si ob ægritudinem curandam ex licentia Abbatis, & conuentus exierint, noua superioris licentia, nouoque Abbatis, & monialium consensu accedente recipi possunt. Quarta, debent vti vestibus, quæ vitiginali pudori conueniant. Quinta, ne inhonestè vixerint, præcipue si monasterium non est solitum similes recipere. Sexta, vt quolibet semestri eis anticipata soluantur portio pro alimentis. Septima, vt locum habeant separatim à reliquis monialibus, & nouitiis ad dormiendum, & laborandum. Octaua, ne recipiantur minores septennio, nec maiores 25. eo tamen tempore accedente debet puella vel habitum religionis suscipere, vel ad domum paternam reuertere, ad idque compelli potest ab Episcopo, vel monasterij prelato eum designatione temporis.

14. Secundo, succedunt mulieres nuptæ, quæ separatæ à marito viuunt. Sed hæc nulla ratione admitti possunt ab hac Pontificia dispensatione, vt eo loco virtutibus instruantur; quia hic ingressus non tam necessarius, quam vitis iudicatur: Miranda manual. prelat. 2. tract. de sacris monialibus. q. 2. art. 2. conclus. unica allegat. 102. n. 66. Si vero ob timorem scilicet mariti ad monasterium confugiant, recipi possunt ex licentia superioris, & Abbatis, monialiumque consensu ita vt ob obtinuit; videturque casus summæ necessitatis, & debitæ charitatis, sicque à sacra Congregatione referunt decisum Man. Rodrig. 1. q. regul. q. 69. art. 10. declarat. 13. quamuis in 14. videatur contrarium de Jdi Tho. Zerola præf. Episcopi. 1. p. verbo monialis q. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 64. Ioan. de la Cruz lib. 1. de statu relig. cap. 5. dub. 2. conclus. 3. Barbosa alleg. 102. n. 66. Debent tamen seruare conditiones pro puellis educandis appositæ: vt tradit Zerola, Sanch. Ioan. de la Cruz & Barb. loc. alleg.

15. Tertio restat dicendum de viduis, an in monasterium recipi possint, vt vitam honestam, & à secularibus separatim degant: Quia in re omnino tenendum est, Episcopo, vel monasterij prelato nullatenus permissum esse facultatem concedere ad hunc ingressum, sed Pontificis indulgentia opus esse. Quia casus non necessitatis, sed utilitatis iudicandus est; ac proinde sub potestate Episcopi, vel superioris monasterij non cadit, sic referunt decisum Man. Rodrig. 1. q. regul. q. 46. art. 10. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 64. Barbosa alleg. 102. n. 67. Suar. 1. 4. de relig. tr. 8. lib. 1. cap. 10. n. 11. & alij.

§. IV.

Quæ pœnæ impoſitæ ſunt ingredientibus monialium clauſuram.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quid ſtatuerit Trident.
- 2 Quid Gregor. XIII.
- 3 Quæ veniant intelligenda nomine monialis?
- 4 Quid nomine dignitatis, & officiorum, quorum priuatio imponitur.
- 5 Quas pœnas impoſuit Gregor. XIII. Prælatiſ iniquè ingredientibus.

1. **V**ariæ pœnæ tum violentibus monialium clauſuram, tum ad illius violationem cooperantibus impoſitæ ſunt.

Primo impoſita eſt à Trident. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regularib. excommunicatione non reſeruata aduerſus ingredientem monialium monaſteria ſine Epifcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obrenta. Quæ excommunicatione ex parte perſonarum generalis eſt, cum afficiat quolibet ingredientem cuiuſcunque generis, conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint. Epifcopos autem, vel ſuperiores monaſterij non videtur afficere; quia ipſi non debent à ſe licentiam in ſcriptis obtinere. Debet item hæc licentia in ſcriptis obrenta legitima eſſe (hoc eſt non vi, vel dolo impetrata, nec ex falſa cauſa) alias vtpotè irrita, & nullius effectus excommunicationem non impedit: ſic latè probat Sanch. lib. 6. ſum. c. 16. num. 75.

2. Deinde Gregor. XIII. in bulla incipiente, *Vbi gratia*, edita Idibus Iunii anno 1575. pœnam excommunicationis reſeruata impoſuit aduerſus monialium monaſteria ingredientem prætextu facultatis à ſede Apoſtolica hæctenus conceſſæ, Abbatiffis verò, nec non Abbatibus conuentus, ac aliis monaſteriorum vtriuſque ſexus ſuperioribus, & perſonis quocunque nomine vocatis, qui prætextu ſupradictæ facultatis ingreſſum fouent, vel permittunt, vltra pœnam excommunicationis reſeruata imponitur priuatio dignitatum, beneficiorum ſuorum, ac inhabilitas ad illa, & alia in poſterum obtinenda. Sed hiſ pœnis iam non eſt locus; cum nullus ſit, qui prætextu facultatis à ſede Apoſtolica ante Gregor. conceſſæ, & ab ipſo reuocata, monaſteria monialium ingredi teneat, vnde notauit Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 2. ſect. 6. n. 14. Qua de cauſa Gregor. XIII. in eadem bulla ſubdiſcit eifdem pœnis excommunicationis reſeruata, priuationis dignitatum, & beneficiorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda omnes, & quocunque perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares, ac etiam ordinum quorumcunque etiam mendicantium regulares, qui prætextu licentiarum ab Epifcopo, vel à ſuperioribus (quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex decreto Concilij Trident. facultas tribuitur) monaſteria monialium pro libito, & non neceſſitatibus vrgentibus dumtaxat ingrediuntur. Moniales vero præſumptes ſupradictos admittere eifdem pœnis affecti. Quæ ſunt valde notanda, quia paſſim contingere poliunt. Vnde ſi prætextu facultatis ab Epifcopo, vel ſuperiore conceſſæ etiam ex legitima cauſa, monialium monaſteria ingrediatis ex cauſa deficiente, ſupradictis pœnis afficeris; quia iam ingrederis vltra neceſſitatem vrgentem prætextu facultatis conceſſæ: ſic Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 22. ſect. 6. num. 14. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 16. n. 90. Neque hæc pœnæ limitanda ſunt ad ingredientem prætextu facultatis ab Epifcopo, vel ſuperiore conceſſæ tempore Greg. & non ad ingredientem prætextu facultatis poſtmodum concedendæ. Quia Greg. nullum fundamentum præbuit huius limitationis, ſed potius ſignificauit & facultatem conceſſam, & concedendam comprehendit: ſiquidem generaliter dixit: Ne prætextu licentiarum ab Epifcopo, &c. neque ibi eam facultatem reuocauit, ſicuti reuocauit à ſede Apoſtolica conceſſam. Sanch. diſc. cap. 16. n. 76.

3. Sub nomine monialium, quibus interdicitur ſub prædictis pœnis excommunicationis, priuationis, & inhabilitatis, ne ſic ingredientem admittant, non ſolum moniales ſubdite, ſed præcipue prælatæ, & quibus regimen, & cura monaſterij incumbit, intelliguntur. Quia quando materia prohibitionis æque ſubditis, & prælatiſ aptatur, ſub nomine monachi, & monialis Abbas, & Abbatiffa veniunt. Idemque eſt, quando materia bonum religionis, ſalutemque animæ concernit; vt multis exornat Sanchez lib. 6. ſum. cap. 16. n. 91. Sed admittere ingredientem æque Abbatiffæ, ac Prioriffæ aptatur, ac reliquis ſubditis, imo efficacius. Ex alia parte hæc lex bonum religionis, ſalutemque ſpiritualium monialium concernit. Ergo ſub illa Abbatiffa, & Prioriffa comprehenduntur. Deinde nemini alteri ab Abbatiffa, & Prioriffa competere poteſt pœna priuationis dignitatis, & officiorum, ergo ex illius

impoſitione non leue argumentum deſumitur voluiſſe Pontificem Prioriffas, & Abbatiffas comprehendere: ſic docuit Sanch. diſc. cap. 16. num. 91.

4. Quid autem nomine dignitatis, & officiorum, quibus ſic ingredientem priuantur, & inhabiles ſunt, & an hæc priuatio, & inhabilitas iudicis ſententiam requirit; Qui-ve dicantur ingredientem admittere, vt ſupradictis pœnis ſubiiciantur ſuperiori pun. explicatum eſt.

5. Inſuper Greg. XIII. in alia bulla incipiente, *Dubio*, qua emergunt, edita 23. Decemb. anno 1581. varias pœnas iudicis prælatiſ tam ſecularibus, quam regularibus, qui poteſtate ſibi à iure attributa monialium monaſteria ingrediendi videntur extra caſus neceſſitatis, & à paucis iſque ſenioribus, & religioſis perſonis comitati. Quod ſi extra caſus neceſſitatis ingrediatur, qui pontificalis dignitatis fuerint, prima vice Eccleſiæ ingreſſu interdicitur, pro ſecunda à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpendantur. Deinceps excommunicationi ſubiiciantur. Regulares verò à prima vice omni officio, ac ministerio priuantur, eidemque excommunicationi ſubiaccant.

P V N C T V M II.

Qualiter accessus ad monialium monaſteria ſit prohibitus, & ſub qua pœna?

S Y M M A R I V M.

- 1 Expenduntur textus in cap. monaſteria de vita, & honeſt. clericor. & cap. periculoſo de ſtatu Monach. in 6.
- 2 Qui accessus in dictis decretis prohibetur, & qua frequentia.
- 3 Sub prædicto accessu non venit miſſo litterarum.
- 4 Quibusdam religioſis, cuiuslibet Romani prohibitorium eſt monialibus litteras mittere.
- 5 Sub hac prohibitione non comprehenditur miſſo litterarum, qua ad manus monialis non peruenerunt.
- 6 Sub obligatione mortali prohiberi poſſet, & de facto prohibetur, quoties imponitur excommunicationis.
- 7 Per ſe ſeculiſ circumſtantiaſ accessus prohibitus non eſt.
- 8 Spectatis circumſtantiaſ extrinſecis ſape eſt peccatum mortale. Et quando contingat.
- 9 Quid dicendum de frequentia.

1. **T**ota difficultas huius puncti verſatur in explicatioe Textus in cap. monaſteria de vita, & honeſt. clericor. & cap. periculoſo de ſtatu Monach. in 6. Nam in cap. monaſteria expreſſè Alexand. III. intendens frequentem accessum ad monialium monaſteria remouere, dixit: Monaſteria monialium ſi quilibet clericus ſine manifeſta, & notabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epifcopum arceatur, & ſi non deſiſterit, ab officio Eccleſiaſtico reddatur immunis; ſi laici, excommunicationi ſubdantur, & a certis fidelium ſunt peccatis alieni. At Bonif. VIII. in dicto cap. periculoſo non ſolum frequentem accessum, ſed accessum ad dicta monaſteria interdixit tam viris, quam feminis, ſibi: Nullique aliquatenus inhoneste perſonæ, neque etiam honeſtæ, niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius ac pateat ad quem pertinet ſpeciali licentia ingreſſus, & accessus pateat ad eandem monaſteria. Ex quibus textibus conſtat non eodem tenore Alexand. III. & Bonifac. VIII. proceſſiſſe. Nam Alex. III. ſolum frequentem vitiorum prohibuit; at Bonifac. cuiuslibet perſonæ ſine viſiſſe femine accessum interdixit. Itè Alex. poſt monitione ab Epifcopo factâ cõminatur clericis à frequentia non deſiſtentibus, ſuſpenſionem ab officio, laicis excommunicationem non quidem ipſo iure latam, ſed ab Epifcopo imponendam. At Bonif. nullam pœnam ſuæ cõſtitutionis tranſgreſſoribus deſignauit.

Circa hæc decreta duplex venit enodanda difficultas: Prima; qui accessus, & frequentia hiſ decretis prohibentur? Secunda ſub qua obligatione, mortali, an veniali?

2. Quoad primam difficultatem arretinet, accessus prohibitus in dicto cap. periculoſo eſt aditus ad monialium monaſteria gratia videndi, ſeu colloquendi cum monialibus, nam ſi ex alia cauſa illuc accedas, ſub dicta prohibitione non comprehendis: ſic Nauarr. com. 4. n. 61. de regularib. verſ. 1. Mant. tom. 1. q. 99. regular. q. 45. art. 2. Sanch. lib. 6. ſum. c. 16. n. 112. Suta. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 24. Frequentem vero accessum ſentit Gloſſa in dict. cap. monaſteria in duobus actibus, cui fauet Abbas n. 5. ibi queſtionem indiciam relinquens. Colmas in pragmat. ad cap. frequens §. quapropter fol. 4. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 393. n. 18. Sed rectius alij poſitum ſentunt: ſi enim inter vnum, & alium accessum, longum tempus interponatur nulla ratione dici poteſt frequentem accessum habere. Quapropter ex communi modo loquendi hæc queſtio decidenda eſt, & prudentis arbitrio relinquenda: ſic docuit Nauarr. com. 4. de Regularib. num. 61. Manda. Rodrig. tom. 1. queſt. regul. q. 45. art. 4. Sanch. poſt alios ante quorundam

quiores, li. 6. sum. c. 16. n. 110. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 27. Barbosa allegat. 102. nu. 70. Vnde Nauarr. & Man. supra exultant non esse frequentiam, si singulis annis tribus, vel quatuor vicibus accederet, bene tamen si tribus diebus continuis. Llamas in methodo curat. in append. §. 4. strictius ex parte loquitur, affirmans frequentiam consisti, si duabus vicibus vna die, vel duobus diebus continuis ad monasteria accedas, secus si vno mense duabus vicibus Sanch. vero eximitur ex vnicuique accessu singulis mensibus anni, vel ex accessu tribus diebus continuis fieri frequentiam. Et placet arbitrium Sanch. si per annum integrum repetitio accessus singulis mensibus fiat.

3. Sed dubium est: an sub prædicto accessu, missio litterarum comprehendatur? Ratio dubitandi est; quia his decretis non tam accessus materialis corporum, quam formalis mentium prohibetur, cum igitur missio litterarum mente, & animo ad moniale accedas, & cum illa colloquaris, sub dicta prohibitione accessus comprehenditur. Et confirmari potest ex cap. clericus 81. dist. 1. ubi sub eisdem penis prohibetur clericis secreta per domesticos matrone mandare, sub quibus est prohibitus accessus ad eius domicilium. Nihilominus pro certo tenendum est, sub accessu missionem litterarum non venire: neque enim cum alicui litteras mitis, propterea dicitur ad illum accedere, quia accessus in sua propria significatione sumptus, est aditus, seu appropinquatio, at in legibus, & præceptis non sunt verba impropria præcipue ad effectum extendendi prohibitionem: ergo nulla ratione missio litterarum sub prohibitione accessus comprehenditur debet; & ita sustinet Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. fine, n. 28. Barbosa 3. part. de post. Episc. alleg. 102. num. 80. & colligitur ex Nauarr. tom. 4. de Regul. num. 61.

4. Verum est hoc ita sit, Gregor. XIII. prout refert Nau. conf. 60. de sent. excommunicat. alias 5. præcepit quibusdam regularibus sub excommunicatione laxa sententia, ne scriberent monialibus sui Ordinis. Et Romæ est decretum à Vicario Pontificis promulgatum teste eodem Nauarr. tom. 4. de Regular. n. 61. ne quis vir, vel femina nocte, aut die loquatur, vel scribat alicui moniali, vel Prælati, & vel puellæ in monasterio quacunq; de causa inclufæ, absque Vicarij Pontificis, aut Protectoris ordinis licentia, sub pena quingentorum aureorum, & aliis arbitriis excessus de ferentibus elemolyas, aut opera manuum ab eis faciendæ, qui solam Abbatissam, aut eius vicariam alloqui poterunt. Quod decretum, vt bene aduertit ipse Nauarr. quem sequitur Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 45. art. 3. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. num. 116. extra summum Romanam non extenditur. Tum quia factum est à Vicario Pontificis cuius iurisdictione extra Romanam curiam non extenditur. Tum quia licentia eius, Protectoris Romæ commemoratum expostularum.

5. Sed inquires, an si religiosi illi, vel Romani ciues epistolam mittent moniali, quæ tamen ad eius manus non peruenit, incidant, in excommunicationem, & penas supradictis decretis contentas? Videantur incidere; quia præstant opus, cui annexæ sunt: opus namque est scribere monialibus, quod certe præstari non potest, quin scriptum moniales recipiant. Sed verius est oppositum, vt optimè probat Nauarr. conf. 60. alias 19. de sentent. excommunicat. quem sequitur Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 45. art. 3. Sanchez lib. 6. sum. c. 16. n. 117. Barbosa allegat. 102. n. 77. Ratio ea est, quia Pontifex prohibens, ne monialibus scribas, non prohibet scripturam vtrunque, sed scripturam, qua cum monialibus fiat communicatio; quia in illa communicatione datur ipsis occasio inquietudinis, & forte turpitudinis, quod periculum intendit Pontifex ea prohibitione remouere. At dum scriptura ad manus monialis non peruenit, neque ab ea legitur, nulla cum illa est communicatio, neque vlla occasio peccandi tribuitur. Ergo non est opus, cui sunt annexæ penæ, atque adeo ex illo præcisè non contrahuntur.

6. Grauior est secunda quæstio, sub qua obligatione mortali, an veniali accessus, & frequentia prohibeantur? Videntur enim sub obligatione mortali prohiberi tam accessus, quam frequentia. Nam in cap. periculofo à Tridentin. & Pio V. renouato sub eisdem verbis prohibetur accessus, & ingressus: sed ingressus prohibetur sub mortali, ergo & accessus. Item in cap. monasteria prohibetur frequentia sub comminatione excommunicationis, & aliarum grauium penarum, quod inique fieret, si frequentia non esset delictum, dignum omnibus illis penis. Dicendum igitur est non solum frequentiam, sed accessum tantum sine licentia prælati prohiberi posse sub obligatione mortali, & sic prohiberi quoties sub excommunicatione ipso facto incurrenda prohibetur. Quia excommunicatio nunquam imponitur nisi ob peccatum mortale. Neque hoc peccatum impeditur ex eo quo in vno, vel in altero casu nulla aditur inconuenientia; quia satis est, quod frequenter adfuit; quippe horum frequens periculum præcendi legislator sua prohibitionem remouere: sic Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 27.

7. Sed an de facto accessus per se prohibitus sit seclausis circumstantiis extrinsecis, mihi dubium est. Probabilius existimo cum Suar. dicto cap. 10. num. 26. per se prohibitum non esse. Nam prohibitio facta in cap. periculofo tam de accessu, quam ingressu consuetudine fuit abrogata, teste Nauarr. comm. 4. de Regular. num. 61. Man. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. quæst. 45. art. 4. Suar. dicto cap. 10. num. 27. Ac nec Trident. decreto, neque vlla alia Pontificia constitutione est illa prohibitio accessus reuocata. Nam Trident. est initio decreti dixerit se renouare constitutionem Bonifac. VIII. ac cum renouationem subiungit, solum meminit egressus, & ingressus nulla de accessu mentione facta. Pius vero V. etsi in constitutione incipiente circa pastoralis officij. Dixerit se approbare, & innouare in omnibus & per omnia constitutionem Bonifac. illamque distinctè obseruari mandet, non inde inferitur renouare prohibitionem accessus: quia nec verbum vllum fecit de accessu, & illa generalia verba iuxta subiectam materiam accipiendæ sunt. Cum igitur in illa constitutione solum de monialium clausura loquatur, imo non de omni clausura, sed de clausura quoad egressum, illa verba in omnibus: & per omnia eum sensum habent, se renouare constitutionem Bonifac. prohibentem monialibus egressum in omnibus, & per omnia, quæ hanc prohibitionem concernunt. Extra hæc decreta nullum aliud esse videtur, quo accessus prohibitus existat. Nam Textus in cap. in decima, & cap. de primis, & alij qui referuntur 18. quæst. 2. præceptiua verba non continent. Ergo per se seclausis circumstantiis non est peccatum quia per se peccatum esse non potest, nisi stante iuris positum prohibitionem.

Solum mihi difficultatem ingerit decretum sanctæ Congregationis editum Nonis Maij anno 1590. cuius meminit Sobus in compend. mendicant. verbo, Ingressu monasteria. Quaranta in lamm. Bullar. verbo, monasteria monialium, pag. 451. in nouiss. Sanch. lib. 6. sum. cap. 16. n. 115. Barbof. allegat. 102. num. 72. Hæc enim decreto prohibet Cardinalium congregatio omnibus religiosi superiore monialium, & confessario ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputatur exceptis) ne abique expressa eiusdem Congregationis licentia accedant ad monialium cenobia, siue sui, siue alieni ordinis, nec ipsas moniales alloquantur, nec alias personas intra clausuram existentes: & confessariis similiter interdixit, ne in ædibus monasterij, vel eius contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, neve ibi comedant, bibant, reficiantur, aut cibum sumant excepto, confessore sub pena priuationis officiorum, & vocis actiue, ac passivæ ipso facto incurrenda. Sed hoc decretum dubio pro monasterijs totius orbis fuisse prolatum, sed ad summum pro monasterijs Romæ existentibus: quia durissimum esset quemlibet religiosum obligari licentiam petere à sacra Congregatione, vt ad monialium monasteria accederet, postetque cum monialibus, vel secularibus ibi existentibus loqui. Deinde dubito, an sit satis promulgatum, denique an sit satis receptum.

8. Verum est accessus ad monialium monasteria per se prohibitus non sit, nec peccatum. A spectatis circumstantiis extrinsecis sæpe æpius grauem culpam constituit, nam si pra intentione accedat, cum si periculum lapsus habes, vel moniali alloquenda inicitia, cum si aliis scandalum es, & occasio sinistra de monasterio opinionem habendi. Quæ omnia maxime procedant, si accessus ad colloquendum furcivus sit, hoc est abique licentia Abbatissæ, seu superioris: hic enim aprior est ad sinistram suspitionem generandam. At ea suspitione, & periculo cessante accessus graue peccatum non erit. Neque obstat accessum ad colloquendum cum virgine sub cura parentum existente sine voluntate parentis esse graue peccatum ob ius paternum violatum: vt inde inferas, quamlibet locutionem sine licentia Abbatissæ graue peccatum esse: quia in priore locutione frequentius pericula imminet ob libertatem, quam puella habet eligendi statum, & de suo corpore disponendi, quæ tamen cessant in moniali, vt prope professione, & monasterij clausura custodita. Adde non quemlibet accessum ad colloquendum cum virgine sub cura parentis existente constituere graue peccatum, sed illum tantum qui esset contra parentis expressum mandatum, vel ex quo sinistra suspicio generari posset, illum tamen accessum furtiuum crederem esse peccatum mortale, qui esset ad colloquendum cum moniali per loca secreta, & inuisitata: quia natum est grauem suspitionem, & scandalum generare sic Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. c. 10. n. 27.

9. Quoad frequentiam atinet, spectandæ sunt supradictæ circumstantiæ, scandall, sinistra suspitionis, & periculi, quia in frequentia facilius aderunt, ideoque frequentem colloquationem adolecens cum moniali raro à mortali excusarem. Posito autem, quod ille circumstantiæ cessent, satis probabile existimo, solum esse culpam venialem, nisi adesset superioris monitio præceptiua. Moueor, quia non videtur res grauis. Neque obstat Textus in dicto cap. monasteria graues penas indicens, qui censendum non est consuetudine reuocatus. Quia illæ penæ statutæ non sunt aduersus frequen-

santes

tantes absolunt, sed aduersus frequentantes, postquam a superiore monitione præcepta correcti fuerint, vt constat ex illis verbis textus, per Episcopum arceatur, id est, per Episcopum monitione corrigantur, vt explicuit Cardinal. & Ioan. Andr. ibi. Quibus innuit Pontifex ante monitionem Episcopi frequentiam dignam non esse illis penis: sic Navarr. summ. c. 25. n. 10. Sanc. li. 6. sum. c. 16. n. 120. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. li. 1. c. 10. n. 25. in fine.

P V N C T V M XII.

Qui actus iudiciales, & qualiter religionis interdicanur.

Ad iudicium spectat officium iudicis, actoris, rei, procuratoris, aduocati, namilionis, & testis: singula percurrenda sunt, vt inde constat, qui actus iudiciales, & qualiter religionis interdici.

§. I.

Qualiter officium iudicis, & assessoris interdicitur religionis.

- 1. Nequit religiosus esse iudex absque utilitate monasterij, & licet in prælati.
- 2. Quilibet qui vult superior esse hanc licentiam concedere potest.
- 3. Præter licentiam adesse debet utilitas monasterij saltem indirecta.
- 4. Religiosi Franciscani dicta licentia concedi non potest.
- 5. Possunt religiosi (Franciscani exceptis) esse vicarij Episcoporum.
- 6. Item iudices arbitri.
- 7. Item iudices assessores.
- 8. Item iudices delegati Episcoporum, at Pontificis, vel eius legati soli prælati.
- 9. Qui possunt esse iudices conseruatores.

Religiosus forensis, & Ecclesiastici negotij iudex esse non potest, nisi licentia sui prælati, & utilitate monasterij interueniente: sic expressè dicitur cap. 2. Monachis. el. 2. ex Concl. Tarraconens. 16. quæst. 1. ibi: nullus monachorum forensis negotij susceptor, vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit utilitas Abbate sibi nihilominus imperante Consonat. cap. ex parte de postulando. ibi, forensis, vel Ecclesiastici negotij. At ex omnibus qui ad iudicium concurrunt, nullus æqui forensis susceptor est, ac iudex. Ergo religiosus iudex esse non potest: sic tradunt in dicto cap. ex parte. Hostien. Ioan. Andr. Abbas, Anton. Cardin. Ancharan. quæ sequitur Sanch. li. 6. sum. 13. n. 55. & 85. Ratio huius prohibitionis est: quia statum iudicium iudicialia dedecet, quippe quæ auocant mentem ab spiritualibus exercitijs, quibus religiosus vacare debet. Concella vero licentia prælati, & utilitate monasterij interueniente reparatur distractio, quæ ex supradicta Occupatione prouenit religio potest.

Hanc licentiam concedere potest non solum Generalis prælatus, & provincialis, sed localis, quia varè est superior, & textus supradicti solum Abbatis qui solet esse superior localis licentiam exposcularunt: sic alijs generalis docet Sanch. lib. 6. summ. c. 11. n. 8. Excipe tamen, nisi generalis superior, vel provincialis sibi cum facultatem referuasset, vt in Societate Iesu 6. p. constitutus. cap. 3. §. 7. in declarat. lit. D. Præposito Generali referuata est: ac proinde nullus superior, qui ab eo potestatem non accepit, nec dare priuato religio facultatem iudicandi, nec sibi lumere potest.

Ultra licentiam adesse debet utilitas monasterij quæ sufficit indirecta: qualis est, si monasterio prudenter iudicatur grauitè expedire annuere voluntati concedentis facultatem iudicandi, vel partes iudicandas gratas habere ex tali iudicio: si enim pro sola utilitate directa monasterij consistente in proprijs rebus, & iuribus petendis vel defendendis officium iudicis suscipi possit, non tam ex utilitate, quam necessitate susciperetur: cum necessarium, & obligatorium sit religionis iura sua defendere, & in iudicio perere, quando alia via haberi, vel conseruari non possunt: vt probat text. in cap. 3. & fin. de postulando. Ergo utilitas indirecta sufficit ad hoc officium exercendum: sic Abbas dicto cap. ex parte de Postulando, Nauarr. comm. 2. de Regular. n. 66. Salzedo præf. ca. 63. post princ. Sanch. alios referens lib. 6. cap. 13. n. 17. Laym. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 11. num. 2.

A supradicta regula, & doctrina excipiuntur religiosi Franciscani, quibus ob eorum speciale institutum prohibita est qualibet in iure assistentia vt constat ex Clem. exini de pu-

radis, de verborum signific. post medium ibi: Nullo modo debent huiusmodi voti voti, & regular professores se talibus curijs & litigijs actibus immiscere: & paulo inferius: cum dicti ordinis professores pro nulla re temporalia possint in iudicio experiri. Quapropter nec superioris licentia, & utilitate contentus accedere officium iudicis hi religiosi valent suscipere: & tradit Sanch. li. 6. c. 13. n. 11. 65. 66. 81. 94. & alibi.

Hinc deducitur, quoslibet Religiosos (exceptis Franciscanis) esse posse vicarios Episcopi ex licentia suorum prælatorum: quia in eo officio sumendo utilitas monasterij certum non leuis, qualis est Episcopum habere proprium: & ita tenet Nauarr. comm. 2. de Regularib. ad finem. vers. addito 55. & comm. 4. n. 15. & lib. 3. conf. c. ir. de Regularib. consil. 67. alias 74. n. 1. Man. Rodri. 3. quæst. Regularium q. 76. art. 1. Sanch. lib. 7. sum. c. 13. n. 88. Barbol. alleg. 54. n. 11. & alij plures apud ipsos. Quod limitandum est, ne procedat in Religiosis mendicantibus transuentibus ad non mendicantes, nam ij ab hoc officio excluduntur, Argument. textus in Clement. 1. §. ad priuatum de Regularib. Sanch. dicto c. 13. n. 88.

Secundo deducitur, quemlibet Religiosum (exceptis Franciscanis) eligi posse in iudicem arbitrum, accedere tamen licentia Prælati, & monasterij utilitate, secus è contra: quia est quasi iudex ex consensu partium iurisdictione accepta: sic pluribus firmat Sanch. lib. 6. sum. c. 13. n. 55. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 6. Arbitrator tamen esse potest etiam Franciscanus ex licentia Prælati; tamen nulla specialis monasterij certatur utilitas: quia in actibus extra iudicialibus, quales est officium arbitratoris nullibi expostulatur, sed sufficit generalis utilitas exercendi pietatem: sic Sanch. & Layman. præf. Dixi etiam Franciscanus, quia hæc compositio, & distinctio conciliatio, cum sit abque iudicij scriptura alienum non est à Franciscano instituto, vt bene alijs relatis firmat Sanch. dicto c. 13. n. 66. Differunt autem arbiter, & arbitrator, quod ille constituitur à partibus, vt secundum iuris ordinem procedat: Arbitrator vero, vt procedat tanquam amicitibus compositor. Quapropter hic potest pro bono pacis de iure vnus alteri applicare, secus arbiter colligitur ex leg. §. Societatem §. arbitratorum ff. pro socio & leg. regia 23. tit. 4. part. 1. & tradunt omnes.

Tertio deducitur Religiosum quemlibet (Franciscano excepto) esse posse iudicis assessorem ex licentia Prælati, & utilitate monasterij interueniente, quia verè est actus spectatus iudicium. Nam esto assessor iurisdictionem non habeat, neque sententiam ferat; ordinat tamen illam, illique subscribit; & iuxta illius subscriptum iudex procedit. Adde ergo debet licentia Prælati, & utilitas monasterij Sanch. li. 6. sum. c. 13. n. 87.

Quarto deducitur, quid dicendum de iudice delegato: Et quidem si sit delegatus ab Episcopo, vel alio extra Pontificem, cuiusque legatum, poterit esse quilibet Religiosus (Franciscano excepto) stante Prælati licentia, & utilitate monasterij: quia nullibi est prohibitum, secus aliqua ex his conditionibus deficientibus: quia verè est iudex, iudiciumque exercet: sic alijs relatis Sanch. lib. 6. sum. cap. 13. n. 77. At delegatus Pontificis, vel eius legati solus superior, qui dignitatem cum administratione habet, esse potest, qualis est qui in Conuentu nullum alium superiorem habet: sic deciditur in cap. si uiam de rescript. in 6. & in Clement. 2. in fine. de rescript. Neque in hac delegatione allumenda indiget superior alterius superioris licentia (iure communi spectato) quia verè est superior, neque item alia proprii monasterij utilitate ab ea, quæ relatus ex acceptance Pontificij rescripti, quæ est gratum habet Pontificem eius recepta exequendo: sic Gloss. in Clement. 2. de rescript. verbo per electionem, Abbas, Cardinal. Ancharan. & Innola ibi, Syluest. verbo delegatus q. 2. num. 3. & verbo Religio 6. quæst. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 13. n. 78. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 11. n. 7.

Quinto deducitur, quid dicendum sit de iudice conseruatore, qui à Pontifice designatur pro defensione miserabilium personarum, puta viduarum, pupillorum, senum, decupiorum, & Religiosorum: Respondeo, spectato iure communi nullum Religiosum esse posse, qui dignitatem in Ecclesia Cathedrali habeat: quia ita cauetur in cap. vltim. de officio delegati lib. 6. limitans textum in dicto cap. statutum: in illo enim cap. statuitur conseruatores esse non posse, nisi Episcopos, aut eorum superiores, vel Abbates, seu dignitates, vel personatus in Ecclesijs Cathedralibus, seu collegatis obtinentes: sic Man. Rodrig. c. 1. quæst. regularium q. 65. art. 2. Mirand. Manual. Prælat. tom. 2. q. 47. art. 2. Molin. tom. 6. de iust. disp. 29. num. 3. Barbol. alleg. 106. n. 8. Dixi spectato iure communi: nam si specialia priuilegia Societatis Iesu spectentur, quilibet superior regularis eligi potest in iudicem conseruatores, vt constat ex Bulla Gregor. XIII. edita anno 1572, cuius meminit Man. Rodrig. c. 1. quæst. Regul. q. 65. art. 3. Sanch. lib. 6. sum. cap. 13. n. 79. Sed quidquid sit de his priuilegijs, & de decisione cap. fin. de officio delegati in 6. standum est constitutioni Clem. VIII. edita anno 1592. & constitutioni Gregor. XV. edita

DE CASTRI PALATIOM

anno 1621. quarum tenorem refert Barbosa alleg. 106. in fine à n. 53. quibus cauetur nullum alium conferatorem eligi posse à Regularibus, nisi qui qualitates habeat in dicto cap. statum præscribit, designatque iudex fit in Synodo Provinciali, vel diocesana. Et ob hanc causam quaerente Archiepiscopo Turriano; an regulares vnus Conuentus, monasterij, vel domus aliquem Priorem, seu Guardianum, vel quamuis alium quauis dignitate regularem fulgentem in suum conferatorem eligere, vel deputare possint? Sacra Cardinalium Congregatio respondit 6. Octob. anno 1617. non posse, teste Barbosa alleg. 102. num. 15.

§. II.

Qualiter Religioso prohibitum est esse actorem, reum in iudicio.

S V M M A R I V M.

- 1 In causis civilibus nullus Religiosus esse potest nomine proprio actor, vel reus in iudicio.
- 2 In causis criminalibus intentare actionem Religiosus non potest, nisi de licentia saltem praesumpta superioris.
- 3 Pro iniuria monacho facta non competit eius patri, aut filijs actio iniuriarum.
- 4 Expenduntur varia limitationes dicta regula.
- 5 Quoties permittitur Religioso agere, potest procuratorem eligere.
- 6 In supra dictis casibus debet monasterium expensus suppeditare si non habeat Religiosum peculium.
- 7 Item superiori accusato, vel denunciato expensis administrandis sunt.
- 8 Idem est cum superior inquirat de defectibus subditorum.

1. Regula certissima est, nullum Religiosum esse posse actorem, vel reum in iudicio in causis civilibus. Quia cum omnia sua bona, iura, & actiones in monasterium transferuntur, non ipse, sed monasterium petere, vel respondere debet. Nauarr. comm. 2. de Regularib. numer. 64. Sanch. lib. 6. summ. cap. 12. num. 1. Layman. lib. 4. summ. tract. 3. cap. 11. initio, & omnes Doctores e. cum delicta, de rescript. & authent. causa que fit cum monacho. Cod. de Episcop. & cleric. Quod adeo verum est, vt etiam de contractu in saeculo inito nec conuenire, nec conueniri possit; quia ipse nihil habet, sed monasterium, vel illius Procurator conuenire, & conueniri debet; non tamen conueniendus est vltra bona à monacho accepta. Sic Felin. cap. cum Layman de sentent. & re iudicata. Gregor. Lopez leg. regia. 10. tit. 2. part. 3. Nauarr. com. 2. de Regularib. num. 67. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 11. c. 11. q. 12. Ex contractu tamen post professionem initio absque superioris licentia monasterium conueniri non potest, nisi quatenus inde locupletius factum fuerit, vt bene aduertit Sanchez lib. 6. summ. cap. 12. num. 2. Quia sibi imputare debet qui cum incapaci contrahit.

2. In causis vero criminalibus intentare Religiosus actionem non potest, nisi de licentia saltem praesumpta sui superioris, quæ censetur concessa superiore absente, nec procuratorem relinquentem: Sic Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 29. & 64. Gregor. Lopez leg. 10. tit. 9. part. 6. Zabellos quest. commun. quest. 446. num. 14. Sanchez alijs relatis: cap. 12. n. 5. Ratio est manifesta; quia monachus sui iuris non est, sed Religiosis? ac proinde non ipse, sed Religio actionem iniuriarum intentare debet, iuxta, leg. sed si vnus §. ait prator ff. de iniurijs. Quapropter remissio iniuriae monacho factæ, non monacho, sed Religioni competi, eamque facere potest etiam monacho inuito, vt bene probat Nauarr. dicto comm. 2. de Regularib. num. 64. Sanch. dicto cap. 12. à num. 6. Verum si monachus deliquerit, non Religio, sed ipse conueniendus est; quia ex delicto monachi non obligatur Religio; sicut nec dominus ex delicto serui, leg. penul. Cod. de noxalib. & tradit Felin. cap. cum Layman à n. 10. de sentent. & re iudic. Sanchez cap. 12. n. 3.

3. Ex his deducitur monacho vulnerato, vel interfecto non eius patri, aut filijs in saeculo relictis, sed monasterio actionem iniuriarum competere. Quia non iuris à quibus per professionem separatus erat, sed monasterio, cui erat vnitus & incorporatus, læsio facta est. Sic Tapia auth. ingressi, de Sacros. Eccles. c. 11. n. 46. Farinac. praxi t. 1. qu. 13. n. 26. Manual. tom. 2. quest. regular. quest. 42. art. 3. Sanch. lib. 6. summ. cap. 12. num. 40. cum præcedenti, ob eandem rationem, si monachi pater, vel filius in saeculo relictus vulnerati, interfectique sint, non monacho; nec ratione illius monasterio actio iniuriarum competit; quia cum monachus tanquam mortuus reputetur, non ipse censetur iniuria facta, cuius actionem monasterium intentare possit. Farinac. quest. 42. num. 26. Quod si hæc vulneratio; vel interfectio patris vel filij ante professionem monachi contraxisset, cum monacho tunc competit actio

Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

iniuriarum, non est dubium monasterio succedenti in reliqua monachi bona eam actionem competere, sicuti bene notauit Sanch. dicto cap. 12. n. 38.

4. Aliquas tamen exceptiones prædicta regula patitur, quibus Religiosus actor, & reus esse potest tam in civilibus, quam in criminalibus absque sui Prælati licentia: ex licentia tamen à iure concessa. Primo si Religiosus beneficium habeat saltem manuale, quia eo tempore liberam habet beneficii administrationem, & sui iuris esse reputatur; Ac proinde tum in civilibus, tum in criminalibus conuenire, & conueniri potest, vt docet alijs relatis Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 64. Sanch. cap. 12. n. 17. Layman. cap. 11. n. 1. Secundo si ex licentia Prælati sit in studio litterarum, vel in alio negotio, ageret, conueniri potest pro contractibus occasione studij, vel negotij celebratis. Itemque pro iniuria eo tempore accepta. Tercio enim Prælati ad hæc omnia vt potest necessitati consequentia licentiam concessit, cum Religiosum extra monasterium & à se absentem stare permittit: Sic Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 29. & 65. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 12. cap. 11. qu. 9. Sanch. lib. 6. c. 12. n. 14. Tertio si superior abens sit, præsumatque Religiosus licentiam concessurum, potest agere, & respondere; quia iam agit, & respondet ex præsumpta licentia Nauarr. Azor. Sanch. Layman supra. Quarto agere potest pro conseruatione iuris sibi ex professione competentis, quale est ne iniuste à Religione expellatur, neve alimenta communia denegentur, neve præuentione ferendi suffragium, sedendi in choro, & similes auferantur, ne beneficio seculari, perpetuo, imò nec manuali ex vindicta, malove animo spoliatur. Quia horum defensio iure naturali est concessa, cui Religiosus non censetur per professionem renunciare; præcipue cum hæc defensio sit aduersus Prælatum iniuriam inferentem, à quo si petenda esset venia, indefensus Religiosus maneret; quippe licentiam Prælati non concederet, ne factum eius emendaretur: Sic Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 64. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 11. q. 9. Sanch. lib. 6. c. 12. n. 16. Quinto ob eandem rationem, si intentanda esset lis circa professionis valorem, poterit agere absque licentia Abbatis, cum aduersus illum pro iure libertatis in hac causa procedat. Sanch. c. 12. n. 4. Sexto accusare poterit Abbatem ob delictum commissum, si expedire iudicauerit; quia in ea accusatione vilitatem monasterij gerit, cui maxime interest probum habere Prælatum: habetur expresse cap. ex parte de accusationib. neque ad hanc accusationem indiget licentia, vel venia Abbatis accusati. Tum quia à iure hæc licentia conceditur dicto c. ex parte. Tum quia non expediebat eam licentiam ad accusato petere, à quo non erat concedenda. Sic Sanch. dicto lib. 6. c. 12. n. 18. & 19. Layman. lib. 4. summ. tract. 5. c. 11. n. 1. Alium autem præter Abbatem nequit Religiosus accusare, vt traditur dicto cap. ex parte de accusationib. nisi licentia superioris, & vilitas monasterij accedat, iis enim conditionibus postis vtique accusare poterit: Sic Glossa dicto cap. ex parte, & ibi Abbas num. 6. Felin. n. 1. Hostiens. num. 1. Farinac. praxi tit. de accusat. qu. 3. num. 24. Sanchez cap. 12. num. 19. 27. & sequent. Idem quod dictum est de accusatione, dicendum est de denunciatione iudiciali, quia hæc accusationem imitatur, secus de denunciatione fraterna, & charitativa tendente ad solam fratris correctionem, quam quilibet Religiosus de quocunque alio facere potest iuxta præceptum Christi, Matth. 18. si te non audierit, dic Ecclesie, sic Glossa, Felin. & Sanchez locis allegatis.

5. Aduertere tamen debes posse Religiosum eligere Procuratorem, vt in iudicio compareat absque vlla Abbatis licentia, quoties absque illa ipse vel agendo, vel se defendendo iudicio stare potest. Quia quæ potest præstare per seipsum, à fortiori poterit per alium. Sic Glossa Clement. Religiosus de Procuratoribus verbo constituitur; Nauarr. com. 2. num. 27. de Regularib. Sanch. plures referens lib. 6. cap. 12. numer. 32. vbi optime addunt in hoc casu formandum esse libellum nomine Religiosi, & in eius personam sententia condemnatoria publicanda, si forte Religiosus condemnandus esset. Idemque est in 4. & 5. casu.

6. Sed inquires; an monasterium debeat expensas ad lites in prædictis casibus Religiosos suppeditare? Respondeo debere, si Religiosus peculium non habeat. Et quidem quando accusat Abbatem, vel ex licentia illius aliquem fratrem, cuius accusatio in monasterij vilitatem cedit, ferè omnes Doctores affirmant expensas à monasterio ministrandas esse; quia eius negotium geritur: Sic Glossa dicto cap. ex parte de accusationib. in fine, Abbas n. 9. Felin. n. 4. Henriquez n. 6. Sanchez cap. 12. n. 20. Layman. cap. 11. n. 1. At quando propriam causam defendit, non sic apud Doctores receptum est. Nihilominus tamen vt probabilius est tenendum esse expensas à monasterio concedendas; tum ne Religiosus indefensus maneat, tum quia in monasterij vilitatem cedit saltem indirecte, ne Religiosum coactum habeat, neve eius iura læsa, & irreparata. Tum denique quia inutilis esset facultas se defendendi, si media quibus se defendere potest, non suppeditantur;

colligitur

colligitur ex Gloſſa d. e. ex parte accuſat. in ſine, ex ratione ibi tradita, Ioann. Andr. ibi, Abbate n. 9. Felino n. 4. & aliis.

Dixi ſi Religioſus peculium non habeat; nam eo habito æquum noq eſt à monaſterio expenſas licet perere maxime ſi propriam cauſam ſequatur, quia eo ſine peculium conceditur, vt Religioſus ex illo ſibi neceſſaria ad caſus occurrentes provideat; & monaſterij bonis parcat; Sic Abbas d. d. cap. ex parte n. 9. Felino n. 4. Suar. de aliment. l. 1. q. 12. n. 1. Sanch. lib. 6. c. 12. n. 21.

7. Superiori autem accuſato, vel denunciato, niſi peculium habeat expenſe à monaſterio miniſtrandæ ſunt: ſicuti Religioſo accuſanti; quia in ea deſenſione rem monaſterij gerit, cuius non leuiter intereſt ſuum caput conſeruare indemne, & illius gubernatione non priuari abſque cauſa. Gloſſa d. d. cap. ex parte verbo alia, Abbas ibi n. 15. Ioan. Andr. n. 8. Anton. n. 9. Surd. de aliment. l. 1. q. 12. n. 1. Sanch. aliis relatis cap. 12. n. 24.

8. Cum verò ſuperior de defectibus ſui Religioſi inquirat; tam ipſi ſuperiori inquirenti, quam in quiſito expenſe neceſſarie à monaſterio miniſtrandæ ſunt, niſi aliunde habeat; quia ſuperior ea Inquiſitione non ſuum, ſed monaſterij negotium gerit, cui vtile eſt Religioſos delinquentes punire in aliorum exemplum. Subdito verò in quiſito; ne ob inopiam expenſarum ad ſe defendendum, & veritatem inueſtigandam condemnentur iniuſte, ſic Felino, d. d. cap. ex parte ſine. Aucarraz. n. 7. Sanchez d. d. cap. 12. n. 25.

§. III.

Quaratione Religioſo prohibeatur officium Aduocati, Procuratoris, Tabellionis, & Teſtis.

S Y M M A R I V M.

- 1. Officium Aduocati, & Procuratoris in iudicio interdicitur non accedente licentia Prælati, & monaſterij vtilitate.
- 2. Que licentia, & qua vtilitas requiratur.
- 3. Eſſe Procuratorem extra iudicium per ſe non eſt interdictum.
- 4. Neque ad hac officia indigent Religioſi licentia.
- 5. Cuiuſlibet cauſe patrocinium in iudicio prohibetur, tam eſi aliqui contra ſentiant.
- 6. Interdicitur Religioſo procuratorem ſubſtituere.
- 7. Si Religioſus conſtituatur ſimplex nunciuſ ad conſtituendum procuratorem, licentia non indiget, eſto contra ſentiat. Sanch.
- 8. Officium Tabellionis omnibus Religioſis eſt prohibitum; ſignare inſtrumenta, vel extendere qua in protocollo ſunt ſcriptæ, ſic in cauſa ſui conuentus.
- 9. Religioſus etiam Franciſcanus eſſe poteſt teſtis in iudicio, & in cauſa ſui conuentus.
- 10. Requiritur licentia Superioris, ſi depoſitio faciendæ eſt coram iudice non ſuo.
- 11. Extenduntur aliqui, ſed immerito neceſſitatem huius licentia ad teſtimonium extra iudicium.

Manifeſtum eſt officium Aduocati, & Procuratoris in iudicio tam Ecclèſiaſtico quam ſeculari Religioſis interdicitur eſſe, niſi accedat licentia ſui ſuperioris, & vtilitas monaſterij; accidit expreſſe cap. monachi diſt. 2. 16. quaſt. 1. & cap. ex parte de poſtulan. & Clem. Religioſus de Procuratorib. Ne his rebus forenſibus immixti à ſuo ſine, & inſtituto auocentur. Poſtea verò ſua duplici conditione hoc inconueniens temperatur, & Religioſi ea officia exercere permittuntur, ſicuti diximus de officio iudicis §. 1. Ab hac tamen regula excepti ſunt fratres Minores, quibus ob nullam ſui monaſterij vtilitatem permittitur aduocare, vel procurare in iudicio. Clement. exini de verb. ſignificat. poſt medietum. Sanch. lib. 6. ſumma. c. 13. n. 11.

2. Licentia ad hac officia præſtanda, ſufficit tacita, vel præſumpta, quia eſt verè licentia. Debet tamen eſſe à Superiore potente illam Concedere, Spectato iure communi tam generalis, quam Prouincialis, & Conuentualis ſuperior eam concedere poteſt. At in Societate Præpoſito generali eſt hæc potestas reſeruata, vt latius §. Primo dixi: Vtilitas verò, vt ibidem notaui, ſufficit indirecta. Quapropter ex licentia ſuperioris potestis Aduocatus, vel Procurator conſtituitur pro deſenſione cuiuſlibet Religioſi tui Ordinis, etiamſi ex alieno monaſterio ſit, quia euident vtilitas ſaltem indirecta tuæ Religionis in eo negotio cernitur. Secus verò eſt pro deſenſione Religioſi alterius Ordinis, quia vtilitas alienæ Religionis, ſi in proprie Religionis vtilitatem non redit, non præſtat ſufficientem cauſam hac officia aſſumendi. Sic expreſſe Immoſa Clement. Religioſus de Procuratoribus numer. 8. Felino. cap. cum Layman. numer. 12.

de ſentent. & re iudic. Fuluius Paccian. conſ. 162. numer. 198. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 13. numer. 20. & 21. & colligitur manifeſte ex ſupradicta Clem. Religioſus. Item pro deſenſione Episcopii, vel patroni tui monaſterij, vel alicuius Dynaſtæ poteris ſupradicta officia ex licentia ſuperioris ſuſcipere; quia monaſterio non leuem vtilitatem conferet, ſi has perſonas gratas, & obligatas reddas, ſic Felino. ſupra, Pauian. numer. 190. Sanch. numer. 22. Item pro deſenſione miſerabilium perſonarum, nempe viduarum, pupillorum, Religioſorum, egenorum, &c. poteris hæc mania ex licentia tui Prælati obire; quia hæc datum perſonarum deſenſio, & patrocinium eſt inſigne pietatis opus, ideoque non leuis reputatur vtilitas tuæ Religionis, & monaſterij tam pio operi incumbere; ſic Nauar. com. 2. de Regularibus numer. 66. Sayro clauſi regia lib. 12. cap. 22. numer. 1. Sanchez plures referens diſt. cap. 13. n. 23. Item pro deſenſione alicuius cauſæ tibi, alique communis, poteris licentia Prælati procurator deſignari, vt decidit manifeſte, diſt. Clement. Religioſus, & tradit ibi Gloſſa, Innocent. Hoſtienſ. Ioann. Andr. & alij. Pro deſenſione verò cognatorum, niſi notabiliter egeant hæc officia ſuſcipienda non ſunt; quia non decet Religioſos cognatorum negotiis implicari, ideoque non vtilitas; ſed damnum ex tali occupatioe monaſterio accreſcitific plurius ſignat Sanch. diſt. lib. 6. ſum. cap. 13. numer. 24.

3. Notanter dixi in iudicio, nam eſſe Aduocatum, vel Procuratorem extra, non eſt per ſe prohibitum, cum expreſſe dicti iuribus in cap. monachi cap. ex parte, de procuratore, & aduocatione in iudicio loquantur vt optime probat Sanchez lib. 6. ſum. cap. 13. numer. 37. Quocirca licitum eſt Religioſis etiam Franciſcanis (dum à ſuo ſuperiore non ſunt prohibiti) verbo, vel ſcripto rogare iudicem, vt fauorem præſtat litiganti; quantum, æquitas permittit, tum concedendo terminos, tum admitendo teſtes, tum in fauorem eius ſententiam pronuntiando, etiamſi ad prædictum effectum iura partium aliger, quia ea allegare poteſt priuatiſſimè, & extra iudicium. Que allegatio, vt docet Bar. leg. 1. §. Aduocatus numer. 2. & 4. ff. de variis, & extrarad. cognitioſis, & Abbas Rub. de poſtulan. numer. 1. non eſt Aduocatus vel procuratio, & ita tenet Bar. & Abbas locis allegatis. Syll. verbo Aduocatus quaſt. 1. Roſella, Angel. Tabiena eodem initio. Bernard. Diaz. præſ. canon. cap. 62. numer. 2. Sanchez lib. 6. ſum. cap. 13. numer. 32. & 37. Layman. lib. 4. ſum. trad. cap. 11. n. 2.

4. Dixi, dum à ſuo ſuperiore non ſunt prohibiti, vt inde inſinuarem licentiam, facultatem ſuperioris ad aduocandum, vel procurandum extra iudicialia non eſſe per ſe requiſitam (tametsi contrarium ſentiat. Sanchez diſt. cap. 13. numer. 38. Layman. cap. 11. numer. 2.) Non enim video textum, quo hæc licentia expoſtuletur. Nam vt ipſemet Sanch. probat numer. 37. omnes textus prohibentes aduocationem, & procuracionem, de iudicialibus loquuntur; quia in his ſpecialis occaſio diſtractioſis reperitur. Neque ex eo quod hæc licentia requiritur ad munus teſtamentarij ſuſcipiendum, & exequendum, inferendum eſt ad prædicta hæc officia requiri. Quia ex viſo caſu ad alium non eſt extenſio in legiſtificatione; præcipue cum adeſt diuerſa ratio; quippe officium teſtamentarij iudicio vicinum eſt obligationem reddendi rationem. Et item multo curis, & obligationibus implicatum, tum vendendi bona defuncti, tum ſatiſfaciendi creditoribus, tum exequendi legata, quæ in aduocatione, & procuracione extrajudiciali non procedunt.

5. Sed non modica eſt difficultas: an hæc prohibitio ita ſtriſta ſit, vt neque in vna, vel altera cauſa liceat Religioſis aduocare, vel procurare in iudicio; Et eadem quaſtio eſt de officio iudicis. Negat Angel. verbo Aduocatus numer. 3. Nauar. com. 2. de Regularibus niſi. 66. Salzedo præſ. canon. cap. 57. §. 63. Sayro clauſi regia lib. 12. cap. 22. numer. 5. & tenentur docere omnes illi, qui conſent clericis non interdicitum in vna, vel altera cauſa præcipue non multum ardua & difficili procuratoris, & Aduocati munus ſuſcipere, ſed eſſe expoſitos ad quaſlibet cauſas ſuſcipiendas, quos referunt, & ſequuntur Felino. cap. cum à numer. 12. de ſentent. & re iudic. Gregor. Lopez leg. 5. verbo vtiſſi. tit. 5. part. Bernard. Diaz. præſ. canon. cap. 57. numer. 2. & ibi Salzedo. Mouentur, quia ſuſcipiens defendendam vnam, vel aliam cauſam non eſt abſolute Aduocatus, vel procurator, neque in rigore Aduocati, vel procuratoris officium habet hoc enim officium, vt conſtat ex communi modo loquenti vſum, conſuetum aduocandi, & procurandi modo loquenti lat. & rextus in cap. monachi 16. quaſt. 1. & cap. ex parte de poſtulan. & Clem. 2. de Procuratoribus prohibent eam aduocationem, & procuracionem, que verè aduocatum, & procuratorem conſtituit, & ratione cuius dici poteſt eam exercens officium Aduocati, & procuratoris habere. Ergo ſuſceptio vnius, vel alterius cauſæ breuiter expediende prohibita non eſt.

Nihilam iura

Nihilominus verius cenſeo ſupradictis textibus cuiſlibet cauſa patrocinium prohiberi. Nam in *cap. monachi*, & *cap. de poſtulando* dicitur, ne vllus monachorum forenſis, vel Eccleſiaſtici negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quod monaſterij expoſcit vilitas, & Abbas imperet ſuſcipiendum. Et iuxta hos textus explicanda eſt. *Clemen. Religioſus*, de *Procuratorib.* dicens: Non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia procuratoris officium ſuſcipere, id eſt non poteſt officium ſuſcipere cuiſlibet cauſa procurandæ; ſingularis enim cauſa ſuſceptio, & procuratio ibidem prohibetur, vt conſtat ex illis verbis immediatis, niſi pro ſuo in eadem lite conſorte, ſic Sylueſt. verbo *Advocatus quaſt.* 7. *Decius cap. 2. numer. 74. de Iudic. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 13. num. 54.*

6. Rurſus non ſolum Religioſo eſt prohibitum procuratoris munus ſuſcipere abſque licentia ſuperioris, ſed etiam procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, decidit expreſſe *Clemen. Religioſus de Procuratoribus* ſi ita non poteſt alium procuratorem conſtituere, ſeu ſubſtituere, etiam ſi per conſtituentem hoc ſibi expreſſe fuerit commiſſum. Prohibita enim Religioſo procuratio, eſt quæ erit prohiberi facultatem procurandi alteri communicare. Sed an requiratur ad hanc ſubſtitutionem faciendam vltra licentiam ſuperioris vilitas monaſterij; non caret difficultate, ſed placet ſententia *Sanch. lib. 6. ſum. cap. 13. num. 12.* negantia requiri, quia ex nullo textu colligi poteſt eſſe requiſitum. Nam dicta *Clem. Religioſus* ſolus licentia mentionem fecit. Textus verò in *cap. monachi 16. quaſt. 1. cap. ex parte de poſtulando*, non de ſubſtitutione, ſed de procuratione ab ipſo Religioſo exercita loquuntur. Quod ſi dicas, ſupradictam *Clemen.* æquè prohibere hanc ſubſtitutionem, ſicuti procuratorem, vt conſtat ex illa coniunctione ita appoſita in textu, quæ ſimilitudinem ſubſequentium cum præcedentibus denotat, procuratioſque ſuſceptionem prohiberi ceſſante monaſterij vilitate: ergo eodem modo cenſendam eſſe prohibitionem procuratioſ ſubſtitutionem; Facile reſponderet, quia ex dicta *Clemen. Religioſus* Procuratioſ ſuſceptio ſolum abſque licentia prohibetur (tameſi ex aliis textibus ceſſante vilitate monaſterij prohibetur.) ideoque ſubſtitutio procuratoris, quæ ſolum ex dicta *Clemen.* interdicitur cenſenda eſt ſolum interdicitur, ſi abſque licentia fiat.

7. Sed quid ſi Religioſus non conſtituatur Procurator, ſed ſimplex nuncius ad conſtituendum Procuratorem indigebit ne Religioſus ad hanc Conſtitutionem ſuperioris licentia? Affirmat *Sanch. lib. 6. ſum. cap. 13. n. 14. cum Abbate, Clem. Religioſus in fine*; quia dicta *Clemen.* indiſtinctè loquitur de Conſtitutione procuratoris, & quia Religioſus non habet velle, aut nolle. Sed oppoſitum verius cenſeo cum *Barr. leg. 1. ſ. item acquirimus. num. ult. ff. de acquirend. poſſeſ.* Quia eo caſu Religioſus non conſtituit procuratorem, ſed tantum nominat perſonam ab alio in procuratorem, conſtituendam. At *Clemen.* de vera Conſtitutione, & ſubſtitutione loquitur. Ergo non comprehendit hanc dominationem. Neque obſtat Religioſo non habere velle, aut nolle; id enim ſolum probat prohibere eam nominationem à ſuo ſuperiore poſſe, quia non habet velle, aut nolle independentem, at non probat ad omnem voluntatem ſuperioris licentiam prærequiri.

8. Quod officium verò tabellionis conſtat manifeſtè omnibus Religioſis prohibitum eſſe; ac proinde nec poſſunt illud ſuſcipere etiam ex ſuperioris licentia, & ſuſceptum tenentur deponere: conſtat manifeſtè ex *cap. ſicut ne clericus, vel monachus ex cap. ut officium inquisitionis §. verum de hæreticis in 6.* vbi tanquam quid ſpeciale ob fauorem fidei conceditur Religioſo, qui in ſaculo fuerat Tabellio, tabellionis officium exercere: igitur ex nulla alia cauſa hoc officium aſſumi poteſt. Quia reputatur dedecens omnino Religioſum ſtatum. Et ita docet *Couarr. pract. quaſt. cap. 19. num. 8. verſ. monachi Sanch. lib. 6. cap. 13. num. 46. Layman. lib. 4. ſum. tract. 5. cap. 11. num. 4.* Cum hoc tamen ſtat; quod poſſit ſignare inſtrumenta, quæ in ſeculo confeceerat, vel latius extendere, quæ in protocollo ſuccinctè ſcripſerat, Quia hæc ſcriptio, & ſignatura non eſt noui inſtrumenti conſectio, ſed præcedentis perfectio, & executio; ideoque retrorahitur ad tempus habile: ſic docent aliis relatis *Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 32. Couarr. pract. cap. 19. n. 8. Sanch. cap. 13. num. 49.* Oportet tamen ad id licentiam à ſuperiore expoſtulari, vt de honeſtate illius occupationis conſtet. Quam licentiam ſuperior negare non debet, ſed potius parte petente tenetur, concedere, & compellere Religioſum, ſi forte tenear prædicta inſtrumenta confecece; ne pars, in cuius fauorem fuerunt quoad ſubſtantiam celebrata, cadat à iure quaſito: Sic *Man. Rodrig. tom. 3. quaſt. regular. quaſt. 8. artic. vltim. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 13. num. 51.*

9. Denique quoad teſtimonium ferendum conſtans eſt Doctorem ſententia Religioſum etiam Franciſcanum tam in iudicio, quam extra teſtem eſſe poſſe: quia nullibi inuenitur prohibitum; imò potius rationabili cauſa exiſtente

Ferd. à Caſtro Sum. Mor. Pars III.

conceditur *cap. nuper de teſtibus, & authent. de monachis §. cogitandum, colloca. i. atque ita docent Abbas ca. cum nuncius n. 4. de teſtib. Iaſon. dicta authent. ingreſſi n. 20. Sylueſt. verbo teſtis q. 1. dicto. 1. Farinac. de teſtib. quaſt. 60. num. 466. & q. 61. num. 126. Sanch. lib. 5. ſum. ca. 13. num. 100. & 101. Quod adeo verum eſt, vt in qualibet cauſa ſuum conuentum ſpectante teſtis eſſe poſſit. Quia non ob inde inferitur in propria cauſa teſtificari; ſiquidem cauſa communitatis diſtincta eſt ab ea, quæ ſingulas partes tangit. Quapropter ſcribi teſtis poteſt in teſtamento in quo eius Conuentus inſtituitur hæres, vel aliquid legatur, ortòque dubio de valore illius teſtamenti, poteſt teſtimonium ferre: Nam dum ipſi teſti nihil ſpecialiter legatum eſt, nullatenus dici poteſt in propria cauſa teſtificari. Sic pluribus firmat *Farinac. de teſtib. quaſt. 60. n. 463. Sanch. lib. 6. ſum. ca. 13. n. 102.**

10. Exigi verò licentiam ſuperioris ad præſtandum teſtimonium coram iudice non ſuo eſt manifeſtum, quia nec decet, nec debet ſubditus alieno ſuperiori ſe ſubmittere abſque proprij conſenſu. Sic *Iaſon. authent. ingreſſi n. 19. Abbas cap. cum nuncius v. 4. de teſtib. Felin. ibi n. 3. Sylueſt. verbo teſtis q. 1. dicto. 1. Sanch. plures referens lib. 6. ſum. cap. 13. n. 103. Layman. lib. 4. tr. 5. c. 11. n. 3.* Hæc tamen licentia in cauſa criminali, vtpote à Religioſo aliena concedi non debet, neque in civili, ſi teſtimonium vni fauens alteri nociturum eſt, vt expreſſe in *Societate cauetur. 6. part. conſt. cap. 3. n. 7. in declarat. litt. E.*

11. Plures Doctores ſupradictæ licentia neceſſitatem extendunt ad teſtimonium extraiudiciale, dicuntque Religioſum permittere non poſſe ſe reſtem ſcribi in aliquo inſtrumento, niſi habita prius licentia à ſuperiore. Tùm quia non eſt ſui iuris, nec habet velle, & nolle. Tùm quia non decet Religioſum ſtatum ſæcularibus negotiis ampliari. Eaue de cauſa *Eugen. 2. in cap. ſin. 14. q. 2. dixit.* Quamquam ſacerdotum teſtimonium credibilis habetur, tamen ipſi in ſæcularibus negotiis pro teſtimoniis, aut conſciendis inſtrumentis non rogentur; quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit; atque ita tradunt *Farinac. tract. de teſtib. q. 61. n. 130. Layman. lib. 4. ſum. tract. 5. c. 11. n. 3.* Excipit tamen niſi cauſa pia, vel Conuentus in ipſo inſtrumento, in quo Religioſus eſt teſtis inſtruerentur. Idem docent *Faber. Matcard. Angel. Sanch. dicto. 2. 13. n. 105.* Sed contrarium verius exiſtimo, nulla eſſe opus licentia, vt Religioſus teſtis inſtrumentarius ſit tam in teſtamento, quam in qualibet alia ſcriptura: ſic pluribus firmat *Greg. Lopez leg. 9. tit. 1. part. 6. verbo, ni los ſervos, Burgos de Paz, leg. 3. tauri part. 1. n. 467. & 408. Sanch. n. 106.* Ratio eſt; quia nullibi interdicitur Religioſis inſtrumentarios teſtes eſſe. Nam *ſextus in c. quamquam 14. q. 2. de teſtimonio iudiciali* loquitur, vt expendenti conſtabit, & præterea non prohibet ipſis Religioſis, ſi rogati ſint teſtimonium ferre, ſed iudicibus interdicit, ne pro teſtimonio ferendo eos rogent, ſi aliunde veritas cognofci poteſt. Neque ex Generali obligatione, qua Religioſi tenentur à ſæcularibus negotiis abſtinere inferitur non poſſe in vno, vel alio inſtrumento teſtes eſſe rationabili aliqua cauſa intercedente; ſed ſolum inferitur, ne paſſim in qualibet ſcriptura teſtes aſſistant, neve in aliqua teſtimonium præſtent, quin honeſto ſine ducantur. Extendendaque eſt concluſio Ad Religioſos Franciſcanos, & Ieſuitas, quibus ſuæ Religioſis regula, conſtitutiones hoc teſtimonium præſtare non interdicitur. Sic notauit *Sanch. de Franciſcanis n. 101. & de Ieſuitis n. 106.*

§. IV.

An ſupradicta officia Iudicis, Actoris, Rei, Advocati, Procuratoris, tabellionis, & teſtis, pro quorum licito vſu licentiam ſuperioris diximus requiri nulla ſint & irrita ſi abſque licentia fiant?

S V M M A R I V M.

- 1 Proponitur ratio dubitandi.
- 2 Communis ſententia docet irrita eſſe. Specialiter id probatur de officio iudicis. Non caret difficultate hæc reſoluto.
- 3 Officium actoris nullum eſt abſque licentia in iis cauſis, pro quibus licentia requiritur.
- 4 Communis ſententia defendit Religioſi procuratorem nullam eſſe.
- 5 Contrarium eſt verius.
- 6 Officium tabellionatus à Religioſo exercitum nullum eſſe plures firmant: contrarium probabilius eſt.
- 7 Idem eſt dicendum de teſtimonio in iudicio.

Ratio dubitandi eſt; quia ex nullo iure conſtat ſupradicta officia abſque ſuperioris licentia præſtita eſſe nulla. Nam *Textus in cap. Monachi 16. q. 1.* nullius irritationis mentionem fecit, ſed ſolum prohibuit, ne vllus monachorum

choram forenſis negocij ſuſceprum, vel executor exiſtat, quod clarius expreſſit *cap. ex parte de poſtulando*, dicens Religioſos non debere eſſe forenſis, vel Eccleſiaſtici negocij ſuſcepores. Quibus verbis debitum legalis & obligatio exprimitur, non irritatio actus, & licet in *Clement. Religioſus de Procuratoribus*, dicatur Religioſum non poſſe ſine ſui ſuperioris licentia Procuratoris officium ſuſcipere, non inde inferitur, ſi de facto ſuſcipiat, actum irritum eſſe, cum de potentia licita, & valida optime hæc verba explicari poſſint, præcipue cum ſic explicanda ſint de ſubſtitutione. Procuratoris in eodem textu eiſdem verbis habita. Neque obſtat Religioſum ſeruo comparari, cuius iudicium nullum eſt, quia etiam comparatur filiofamilias, cuius iudicium validum, tamenſi patris conſenſus non acceſſerit, aliis ſi ex comparatione ad ſeruum inferendum eſſet ſupradicta officia à Religioſo exercita nullius eſſe momenti, dicendum eſſet neque ex licentia Prælati valida fore, ſi quidem ſeruus etiam ex licentia domini iudex eſſe non poteſt. Ergo ſupradicta officia à Religioſo ſine licentia Prælati præſtituta valida ſunt, tamenſi inique præſententur, & ita tenet, pluribusque relatis firmat Fulvius Pauian. *conſ. 62. à n. 72. c. 9. l. 99.*

2. Nihilominus contrarium poſſet communis ſententia, quam expedit per partes explicare, vt inde conſtet quid tenendum ſit. Primò affirmat officium iudicis à Religioſo ſuſceptum, ab eoque exercitum abſque ſui Prælati licentia nullum eſſe, ſic docuit Gloſſa loquens de officio arbitri in *leg. Prædius 7. §. in ſeruum ſi de arbitrio*, Sanch. *lib. 6. ſumm. c. 15. n. 69. c. 97. vbi loquitur de officio Vicarij*, Layman. *lib. 4. ſum. cap. 11. n. 6. ſine*. Mouentur exemplo ſerui, cuius arbitrium, & iudicium nullum eſt. Fateor inefficax eſſe argumentum ob ea quæ dixi in ratione dubitandi. Et præcipue quia ex ſerui iudicio irritato non debet inferre iudicium Religioſi annullari, cum ſit diuerſa ratio. Serui enim iudicium annullatur, non quia ſeruus domino ſubiectus eſt, ſed quia vilis eſt. Quapropter cenſerem Religioſi iudicium validum eſſe: dum à Prælati non irritatur, poſſe autem Prælatum illud irritare, & annullare nemini eſſe poteſt dubium ob dominium, & poteſtatem, quam in eius voluntatem habet.

3. Quod munus actoris tenendum eſt inualidè à Religioſo præſtari ſine licentia Prælati in omnibus illis cauſis, quibus diximus licentiam requiri. Sic teſtatur ex omnium ſententia Nauarr. *com. 2. de Regal. num. 64.* Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 12. à n. 1.* Layman. *lib. 4. tract. 5. cap. 11. in princ.* Ratio ea eſt; quia Religioſus caret fundamento iudicij, cum nihil habeat proprium, omniſque ſua iura, & actiones Religionis ſint, ac proinde independentes à Religione inualide poſſit, vel ab eo petitur. Et in hac parte veriſſimum eſt ſeruo, & filiofamilias comparari, qui nec agere, nec conueniri in iudicio poſſunt *leg. lic nulla, leg. vix. ſi de iudicis, leg. ſeruus, Cod. eodem tit.*

4. De officio Procuratoris, & aduocati communis eſt ſententia carere Religioſum poteſtate illud in iudicio exercendi abſque ſuperioris licentia. Quia non cenſetur legitima perſona, vt ibi nomine proprio, vel alieno aſſiſtat; ſicut ſeruus, cui in hac parte comparandus videtur. Præterea; quia dicta *Clement. Religioſus*, loquens de Procuratoris officio Religioſus in iudicio vitur verbo *non poteſt*, quod inducit neceſſitatem, & actum contra geſtum reddit omnino nullum, vt tradit Gloſſa *regul. non poteſt. de Regiuriſ in 6.* Tiraquel. *poſt. leg. conubial. gloſſ. 4. n. 1.* Couarr. *cap. ſua de teſtam. n. 1.* Gutierrez. *leg. nemo poteſt. cap. 47. ſi de legat. 2.* Sanch. *lib. 6. de matr. diſp. 38. n. 20. in 3. argum.* atque ita tenent in propriis terminis Abbas *cap. in noſtra. n. 9. de procuratoribus*. Decius *cap. 2. à n. 78. de iudic. in 2. edit.* Cardin. dicta *Clement. Religioſus. num. 7. oppoſit. 11. & ibi Immola. n. 13.* Bonifa. *n. 26. c. 27.* Layman. *lib. 4. ſum. tract. 5. c. 11. n. 2.* Hanc tamen ſententiam limitat Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 11. n. 41.* ne procedat in procuratore ex licentia ſuperioris ſuſceptam, tamenſi abſque vtilitate monaſterij. Secundo ne procedat in officio aduocati, quod exiſtimat validum eſſe etiam abſque ſuperioris licentia. Quia *Clement. Religioſus*, cui hæc irritatio præcipue nititur loquens de procuratore ſolius licentiæ mentionem fecit. De aduocatione verò nihil definiuit.

5. Cæterum verus cenſus officium Aduocati & Procuratoris à Religioſo ſuſceptum ſine ſuperioris licentia validum eſſe, dum à ſuperiore non irritatur, vel à parte contraria excipitur; quia Religioſus iure naturali etiam ſuppoſita eius profeſſione non eſt inhabilis ad hæc officia, cum non agat nomine proprio, ſed alieno, nec iura propria, ſed aliena patrocinetur. Ex iure autem poſitiuo non apparet textus, ex quo hæc inhabilitas colligatur, vt expendimus in ratione dubitandi. Neque eſt verum verbum *non poteſt* ſemper inducere incapacitatem in actu, ſed ſolum quando ipſum actum afficit; vt ſi lex diceret: non poteſt talis actus eſſe. Sectus verò quando perſonam operantem aliis habilem afficit, vt in præſenti: Quod optime confirmatur aduerſus Sanch. ex ſubſtitutione procuratoris abſque licentia facta, quem ipſe dicto *ca. 13. n. 15.* concedit valere; tum ad extrajudicialia, tum cum ſic à Religioſo tanquam à ſimplice nuncio; eſto admitat omnem hanc ſubſtitutionem dictæ *Clem. Religioſus*, prohiberi ſub verbis

non poteſt. A. de, in cap. 2. de teſtam. in 6. ſub verbo *non poteſt* prohibetur Religioſus eſſe teſtamentorum executores, & tamen ipſe Sanch. *c. 11. n. 44.* plures referens firmat validam eſſe executionem abſque ſuperioris licentia factam. Ergo ex verbo *non poteſt* non deſumitur efficax argumentum ad irritandam hanc irritationem. Dixi niſi à parte contraria excipiantur, nam ea exceptio legitima eſt, quamque iudex tenetur admittere, vt pote legi conformis; ac proinde ea facta cenſendus eſt Religioſus à iudiciali procuratore, & aduocatione iure ipſo reſpuſus, conſentit. Sanch. *lib. 6. ſum. c. 13. n. 42. cum.* Bellamera *cap. ex parte n. 2. de Poſtulando.*

6. De officio tabellionatus exercito à Religioſo docet Couarr. *praſt. q. c. 19. n. 9. verſ. monachus cum Decio c. 2. num. 3. aliis 78. de iudicis*, inualidum eſſe instrumentum ſine licentia Abbatis conſectum, quia eſt aduerſus legem reſtatam in *c. ſicut. No clerici, vel Monachi* prohibentem illius uſum. Cæterum verus eſt, ea instrumenta conſecta valida eſſe, quia nullus eſt textus irritans eorum valorem, nam textus, *in c. ſicut. agui de clericis*, ac monachis loquitur, nullumque ibi eſt verbum irritationem ſignificans. Et in clericis, qui ante clericatum tabelliones erant, plurimi doctores, quos referret, & ſequitur Couarr. *d. c. 19. n. 8. verſ. quod ſi ſacerdos*. Defendunt valde eſſe illorum instrumenta in clericatu conſecta. Neque ex eo quod actus fiat contra legem inferendum eſſe nullum, quia inſuper requiritur, vt fiat contra formam, & ſolemnitatem à lege præſcriptam, vt docui *tr. 3. de legib. diſp. 2. pan. 2. & atque ita ſuſtinent in præſenti Gregor. Lopez leg. 18. tit. 1. p. 1. verbo contra noſtra*. Sanch. *lib. 6. ſum. cap. 11. n. 48.* Layman *lib. 4. ſum. tract. 5. c. 11. n. 4.* Excipit tamen debet, niſi ſupradictum interdiceret Religioſo tabellionatus uſum, & de hoc interdicto publicè conſtat; quia hoc interdictum prohibitorium legis additum cenſetur eſſe actus irritatio, ne ſit fruſtraneum, & inutile: ſic loquens de clerico tradunt Abbas *eo cap. ſicut. n. 1.* Anch. *n. 7.* Roſella verbo *tabellio. n. 7.* Sylueſt. *lib. 3. dicto 5.* Couarr. alios referens, *praſt. dicto c. 19. n. 8. verſ. quod ſi ſacerdos*, & in propriis terminis de Religioſo docent Sanch. & Layman *ſupra*.

7. Denique quod teſtimonium in iudicio ferendum, non non deſunt Doctores, qui cenſent inualidum eſſe præſtitum à Religioſo ſine ſui ſuperioris licentia: Sic Angel. de Aretio inſtit. de iure perſonar. in *Rubr. n. 7. Angel. de Clauiſto ſum. verbo teſtis n. 4. inclinatur. Felin. cum nunciis. n. 3. de teſtib. c. 1. atreſtationibus*. Et probari poteſt, quia eo ipſo, quo Religioſus deponit abſque ſui ſuperioris facultate, deponit coram non iudice, quia comparatione illius iudex non eſt. Ergo illa de poſitio iudicialis valere non poteſt. Cæterum verus cenſus validam eſſe de poſitionem; tamenſi coram iudice incompetentis quia incompetentia iudicis de poſitionem non reddit nullam, vt ſupponit Couarr. *lib. 2. var. c. 13. n. 7. verſ. ex quo ſpud me*, ex alia parte nullus eſt textus hanc de poſitionem irritans. Ergo valida erit tamenſi licite facta: Sic Abbas *cap. cum nunciis n. 4. de deſeſtib. c. 1. atreſtationibus*. Fatinae. *tr. de teſtib. q. 61. n. 14.* Layman. *lib. 4. tract. 5. c. 11. n. 3.* Sanch. *lib. 6. c. 13. n. 10.* & alij apud ipſos.

PUNCTVM XIII.

Quæ actiones extrajudiciales ſint Religioſis ſpecialiter interdictæ.

V Aræ enumerantur à doctores: præcipuas, & frequentiores percurtemus.

§. I.

De executione teſtamenti: ſeu vltimæ voluntatis.

SVMMARIVM.

1. Suſceptio, executioneque teſtamenti abſque licentia ſuperioris eſt Religioſo interdicitæ.
2. Poſita licentia prohibitiſto ceſſat.
3. Quilibet Prælatum etiam localis hanc licentiam concedere poteſt, niſi conſuetudine, vel Religionis conſtitutionibus aliter ſit præſcriptum, vt in Societate Jeſu.
4. Et licentia vti poſſunt ſuperiores ſecum.
5. Reuocari poteſt, antequam ſubditus ea vti incipiat, ſicut poſt.
6. Subditus petens licentiam à ſuperiore concedente retrocedere non poteſt.
7. Coram ordinario tenetur Religioſus teſtamentarius rationem reddere.
8. Acceptationem, & executionem teſtamenti ſine ſuperioris licentia plures cenſent inualidas eſſe. Verius eſt oppoſitum.
9. Limitatur, niſi ſuperior contradixerit, vel niſi in iudicio opponatur deſectus licentiæ.



- 10 Negant plures officium commissarii sine licentia Prælati posse exerceri? Verius videtur oppositum.
- 11 Idem est dicendum de electione executorum; esto Sanch. contra tenet.
- 12 Idem de electione pauperum, cui Sanch. contradicit.
- 13 Consilium in testamento exequendo optime potest Religiosus præbere sine licentia Prælati, executoris petere tenentur, esto non sequi, si testator præscriptis fieri executionem de consilio Religiosi.
- 14 Si testator præcipiat executoribus sequi Religiosi consilium, negat Sanch. obligationem petendi. Contrarium verius est.
- 15 Religiosus testamentarius potest bona in pauperes distribuenda sibi applicare.
- 16 Religiosus minoribus executio testamenti est omnino interdicta.
- 17 Neque ab hoc interdicto excusatur, etiam si distributio inter ipsos Religiosos, vel Sanctæ Clarae Moniales facienda sit.
- 18 Possunt esse Commissarii ex voluntate testatoris, & pauperum electores.

Prima actio extrajudicialis prohibita Religiosis absque suorum superiorum licentia enumerari potest susceptio, & executio ultimæ voluntatis, sicuti decidit *cap. Religiosus 2. de testam. in 6. ibi*. Religiosus executor ab aliquo in sua ultimæ voluntate deputatus, non potest (cum velle, vel nolle non habeat) huiusmodi officium suscipere, vel exequi, nisi à superiore suo petita super hoc licentia, & obrenta. Idem tradit *Clem. unica de testam.* Ex quibus verbis manifestè constat Religiosum absque sui superioris licentia suscipere non posse, neque post susceptionem exequi officium executoris ultimæ voluntatis, siue ultimæ voluntas fuerit declarata testamento, siue codicillo, siue donatione causa mortis, vel alio simili, Glossa dicta *Clem. vesp. culibet, & ibi Cardinal. n. 2. Immol. n. 6. Sanch. lib. 6. cap. 11. n. 2.*

2. Posita verò sui superioris licentia constat ex supradictis textibus Religiosis permissi tam quoad institutionem, & legata profana, quam pia; quia supradicti textus indistinctè de cuiuslibet ultimæ voluntatis susceptio, & executione loquuntur. Præterquam quod satis pium est, quancunque defuncti voluntatem licitam, & honestam exequi. Neque in huius officij executione, & susceptione opus est, ut aliqua specialis virilitas monasterio proveniat; quia dicti textus illam non exposcunt, sed solum licentia Prælati contenti sunt, ut optime aliis relatis aduertit *Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 8. & 9.*

3. Hanc licentiam quilibet Prælati sui generalis, siue Provincialis, siue localis suis subditis concedere potest; quia verè Prælati est, & prædicti textus solius Prælati licentia absque vlla restrictione meminerunt, & ita tradunt *Cardinal. in Clem. unica n. 41. notabil. 5. ibi Immol. n. 9. Bonif. n. 52. Sylvest. verbo testam. 2. q. 1. concl. 2. Molin. de iustit. tom. 3. disp. 247. circa finem, Sanch. aliis relatis lib. 6. sum. cap. 11. n. 15.* Excipiendum tamen est, nisi consuetudine, aut statuto Religiosis generali, vel Provinciali hæc licentia referatur sit, ut in societate Iesv Generali præposito referatur. *6. part. Constit. cap. 3. §. 7.* Quia eo casu Provincialis, vel localis Prælati Prælati non est.

4. Hinc inferitur superioriorem potentem subditis supradictam licentiam concedere, sibi etiam concedere posse: quia commune est apud Doctores superioriorem vti posse facultatibus, quas aliis communicare potest, ne deterioris conditionis suis subditis existat, quando in Religione contrarium statutum non est: sic Sylvest. *testam. 2. quest. 2. concl. 1. Molin. tom. 4. disp. 247. circa finem, Man. Rodrig. quest. regul. tom. 3. quest. 70. art. 1. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 5.*

5. Ea verò licentia concessa, si subditus eam vti non cepit, potest superior causa aliqua honesta ductus reuocare. Secus si subditus cepit ea vti, quia per executionem ceptam hæres, & legatarij ius obtinuerunt, ut ad finem executio perducatur; ac proinde superior, qui eo casu licentiam daram subdito reuocaret, iniurius, & iniustus hæredi, & legatariis esset, ab illisque compelli posset in priori concessione perseverare; sic aliis relatis docet *Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 12.*

6. Adde, eo solum quod subditus ad acceptandum testamentarij officium licentiam petiit, & superior concedit, retrocedere non debet, sed compelli potest ad acceptandum, & exequendum. *Arg. cap. quidam de renunc. vbi potens licentiam ad renunciandum, cogitur concessa licentia renunciare;* quia illa petito accedente superiori consensu est tacita officij acceptatio: sic *Cardin. dict. Clem. unica de testam. n. 11. q. 4. & ibi Immol. n. 9. Bonif. n. 37. & seqq. Sanch. lib. 6. cap. 11. n. 13.*

Susceptum à Religioso officium executoris nequit monasterium loco Religiosi exequi; quia hoc ius personale est; quippe eligitur à testatore indultia personæ: ac proinde non tranfit in monasterium: sic sustinet *Bart. l. leg. in suis quest. quest. 12. ad finem, Immol. Clem. unica n. 24. de testam. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. num. 21.*

Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

7. Teneatur tamen Religiosus etiam si exemptus sit coram ordinario rationem suæ executionis reddere, ipsæque ordinarius obligatus est eam exigere, quia ita cauetur in *dist. Clem. unica de testam.* Et licet *Man. Rodrig. tom. 1. quest. regul. q. 70. art. vlt. cum Richard.* affirmet hoc esse intelligendum de Religiosis solum communem exemptionem habentibus, qui ratione contractus, vel delicti coram ordinario conueniri possunt, iuxta *cap. 1. de Priuileg. in 6.* non autem de Religiosis ita plene exemptis, vt ob illas causas coram ordinario non conueniantur, quales sunt modò omnes mendicantes, & eorum priuilegijs gaudentes, tenendum nihilominus est, omnes Religiosos cuiuscunque exemptionis sint in hac parte ordinarijs subici, nisi expressum priuilegium habeant, quo dicta *Clem.* derogetur, quia *Clement.* absolute loquitur, & absque vlla distinctione; & ita sustinet absque prædicta distinctione; *Molin. tom. 1. de iust. disp. 247. circa finem, Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. num. 21. Barbos. plures referens alleg. 81. num. 34. & alleg. 185. num. 50.*

8. Restant tamen aliquot difficultates enodandæ. Prima an Religiosus acceptans deputationem sui à testatore factam, illamque exequens absque superioris licentia valeat acceptatio, & executio? Negant plures valere, quia *Textus in cap. Religiosus de testam. in 6.* vritur verbo non potest, quod videtur potentiam tollere, & actum contra gestum reddere nullum. Deinde illa acceptatio est contra legis prohibitionem, quæ regulariter reddit actum nullum, iuxta *leg. non dubium Cod. de legib.* Denique est acceptatio, & executio sine voluntate, cum sit absque voluntate Prælati. Nam cum Religiosus non habeat velle, vel nolle, dici non potest voluntatem habere, ergo est nulla, sic sustinet *Couar. cap. tua nos de testam. n. 2. sine. manuel. quest. regul. tom. 1. quest. 65. art. 3. disp. 247. circa finem, & alij relati & Sanch. lib. 6. sum. n. 11. num. 43.* Sed quamuis hæc sententia sit valde probabilis (vt inquit *Sanch.*) probabiliorem existimo contrariam scilicet acceptationem deputationis, ipsiusque executionem absque superioris licentia præstitam validam esse; eo quod in dicto *cap. 2. de testam. in 6.* solum hæc susceptio, & executio prohibeatur, neque vterius lex præcedat ad irritandum actum prohibitum; ideo enim diximus officium Procuratoris sine superioris licentia valide suscipi, quia *Textus in cap. monachi 16. quest. 1. & Clem. Religiosus de procuratorib.* sola prohibitionem contenti sunt absque addita irritatione. Cum ergo *Textus in cap. Religiosus* prohibitionem statuerit, quin irritationem addiderit, affirmandum est, actus gestos validos esse, tamen si illicite præstentur. Exemplumque militis confirmari potest, cui prohibitum est esse procuratorem; si tamen à iudicio non repellitur, vel lent gesta per eum, *leg. filius familiaris §. veterani si. de procuratorib.* Atque ita docent post alios antiquiores *Greg. Lopez leg. 2. verbo Frayles tit. 10. part. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 22. præsumpt. 46. n. 14. Azor. tom. 1. lib. 12. instit. moral. cap. 11. quest. 1. Matien. lib. 5. recop. tit. 4. leg. 14. gloss. i. n. 4. Sanch. pluribus relatis lib. 6. sum. cap. 11. num. 44.* Neque obstant contraria. Ad primum nego verbum non potest inducere nullitatem, quando prohibitio eo verbo significata non tam factum ipsum, quam personam respicit, item quando spectat honestatem personæ, & sui status perfectionem, & non eius indignitatem, vt in præsentis contingit, prohibetur enim Religiosis esse testamentarios; non quia indigni sunt eo munere, sed potius quia illud minus eos non decet. Deinde quando actus prohibitus non credit in commodum personarum, quibus sit prohibitio, sed aliorum, vt hic euenit. Non credit executio in commodum Religiosorum, sed in commodum hæredis & legatariorum, quibus non delinquentibus non oportebit actum executionis annullari. Ad secundum similiter negandum est actum contra legem prohibitum esse nullum, nisi deficiat in forma, vel solemnitate per legem præscripta. Ad tertium nego acceptationem, & executionem fieri sine voluntate, nam Religiosus esto non habeat velle, nolle à superiore independens, habet tamen velle, & nolle naturale proprium, & liberum, quod sufficit, vt valorem actui præstet.

9. Duplex limitatio huic doctrinæ apponitur. Prima ne procedat interueniente superiori contradictione. Nam eo ipso actus contra gestus erit nullus, si tenet *Federic. const. 293. ad finem, Ludou. Roman. singul. 242. alias 245. Matienzo dicta leg. 14. Gloss. i. n. 4.* Sed *Sanch. d. cap. 11. n. 45.* eos referens dicit esse intelligendum, si vltra prohibitionem decretum irritans superior addiderit; quia simplex prohibitio hominis non facit irritandum actum, quandoquidem prohibitio iuris id non præstat; sicuti vt superior vota Religiosorum annullat, non facit irritandum actum, quandoquidem prohibitio iuris id non præstat, sed in super decretum irritans addere debet. Sed credo in præsentis non esse necessarium hoc expressum decretum, sed in simplici prohibitionem præsumendum est contineri. Nam cum iure ipso testamentarij officium Religiosis interdictum sit, quando superior supradicta prohibitionem suam prohibitionem annectit, ne frustanea sit, sed potius aliquid operetur, annullationem est præsumendum indicare. Secus contingit

in votis, quorum emiſſio Religioſis interdicta non eſt. Secunda limitatio eſt, niſi in iudicio opponatur Religioſo defectus legitima potestatis ad exequendum. Nam eo ipſo ſuperior tenetur eum ab executione remouere. Quod ſi non remoueat, ius ipſum conſuetudine introductum eam negligentiam ſupplet, & ab executione remouet: Sic Ludouic. Roman. conſil. 409. n. 6. Menoc. lib. 2. præſumpt. 46. n. 14. Sanch. aliis relatis lib. 6. ſum. cap. 11. n. 46.

10. Secunda difficultas eſt, an Religioſus indigeat ſpeciali ſuperioris licentia, vt ex voluntate teſtatoris ſit Commiſſarius ad condendum teſtamentum, ad eligendos executores, nominandas perſonas, quibus legata diſtribuenda ſunt, præbendumque conſilium iſis executoribus, vt iuxta illud teſtamentum exequantur? Quod officium Commiſſarij Sanch. lib. 6. ſum. c. 11. n. 48. & Spino ſpeculo teſtament. Gloſſ. 28. principali n. 32. & Matien. lib. 5. recepil. tit. 4. leg. 6. Gloſſ. 8. ſine, verius exiſtimant Prælati licentiam neceſſariam eſſe, æquiparant enim officium Commiſſarij, & executoris. Nam ideo executio teſtamenti Religioſis interdictur, ne litigijs inuoluantur, neque curis ſæcularibus implicentur. Quæ ratio æquè videtur procedere in officio Commiſſarij. Cæterum probabilius credo Religioſum non indigere ſpeciali licentia, vt ex voluntate teſtatoris Commiſſarius exiſtat ad condendum teſtamentum, eo caſu quo permittitur per commiſſarium condi; quia huius officij nulla in iure inuenitur expreſſa prohibitio. Tacita autè colligi non poteſt ex prohibitione officij executoris. Quia leges prohibitivæ vt poteſt odioſe extendendæ non ſunt ad caſum diuerſum necum ſimilem. Ad condere teſtamentum longè diuerſum eſt à teſtamenti condici executione; quia illud eſt exprimere voluntatem teſtatoris, hoc voluntatem expreſſam ipſius teſtatoris exequi. Præterea ratio ob quam executio prohibetur, non procedit in Commiſſario ad condendum teſtamentum; ea enim fuit, ne Religioſus pecunias contractaret, ne litigia haberet in bonorum diſtributione, ne obligaretur iudicio ſtare ad reddendam executionis rationem. Quæ omnia in teſtamento condendo nullo modo procedunt, vt inueniri conſtare poteſt. Cum ergo nec expreſſe, nec tacitè eſſe Commiſſarium ad condendum teſtamentum inueniatur prohibitum, nulla opus erit ſuperioris licentia.

11. De electione executorum à teſtatore Religioſo commiſſa affirmat Sanch. lib. 6. ſum. c. 11. n. 41. opus eſſe ſuperioris licentia; quia Religioſus non habet velle, aut nolle. Sed omnino contrarium ſcilicet nulla eſſe opus licentia verius exiſtimo, quia hæc licentia ideo expoſtulanda neceſſario eſt; quia electio executorum ſit Religioſo interdicta; at nullo textu id conſtare poteſt. Ergo expoſtulanda non eſt. Quod ſi dicas ex eo quod Religioſo interdicta eſt teſtamenti executio, interdictam eſſe executoris electionem, quia eſt pars teſtamenti exequendi: Facile reſponderetur, eſſe partem complementem, & conſtituentem teſtamenti diſpoſitionem; non autem eſſe partem executionis teſtamenti diſpoſiti. At Textus in cap. Religioſus de teſtament. in 6. ſolum interdicat Religioſus teſtamenti diſpoſiti executionem; non verò illius conſtitutionem; & quæ ad executionem prærequiruntur. Adde ſi hæc electio executorum pars eſſet executionis teſtamenti, Religioſis Franciſcanis omnino eſſet interdicta contra id quod ipſemet Sanch. n. 32. ſignat. Ergo non eſſet dicendum electionem executorum ſub executione contineri. Neque obſtat ratio conſtatia, quod Religioſus non habeat velle, vel nolle ſcilicet à ſuperiore independens, quominus poſſit executorum eligere; quia ad hanc electionem ſufficit habere velle, vel nolle à ſuperiore dependens. Qualiter autem hæc electio executorum faciendâ ſit, an inquam debeat neceſſario fieri vnius ex certis, qui poſſent exequi teſtamentum Commiſſario non eligente, generalis eſt quaſtio tam Religioſis, quam ſæcularibus. Vide optimè eam diſputantem Tello Fernand. leg. 31. Tauri à n. 4. c. pluribus ſeqq.

12. Quoad pauperum nominationem idem Sanch. lib. 6. ſum. c. 11. n. 34. exiſtimat fieri non poſſe abſque ſuperioris licentia. Quia pertinet ad exequendam teſtatoris voluntatem. Teſtator enim relinquens aliqua bona inter pauperes, quos Religioſus elegerit diſtribuenda, impleri non poteſt Religioſo non eligente; ergo eius electio neceſſaria eſt ad voluntatis deſuncti executionem. Cæterum verius cenſeo, nulla eſſe opus licentia ad hanc electionem faciendam, quia vt ſæpè dictum eſt, nulla huius electionis adeſt prohibitio expreſſa. Sub interdicto autè exequendi teſtamentum non continetur; quia teſtator non diſponit electionem faciendam, ſed diſponit pecuniarum diſtributionem electione facta. Ergo electio cum non ſit ex diſpoſitione teſtatoris præcepta, nulla ratione dici poteſt teſtamenti executio. Ergo nec tacitè, neque expreſſe eſt prohibita. Ergo nulla eſt opus licentia; atque ita ſuſtinet Lamber. de iure patronat. lib. 2. p. 1. q. 2. art. 11. n. vlt. Neque obſtat ratio contraria. Concedo exequi non poſſe voluntatem deſuncti non facta electione, eſſeque neceſſariam ad voluntatis deſuncti executionem; nego tamen illius voluntatis executionem eſſe, quia deſuncti voluntas non fuit de electio-

ne, ſed de diſtributione faciendâ in perſonas electas; ac proinde electio prærequiſita eſt ad executionem, ſed nullo modo pars illius.

13. Difficilior quaſtio eſt de conſilio, & conſenſu. an præſtari à Religioſo poſſit nulla ſuperioris petita licentia? Et quidem cum teſtator non aſtrinxit executores ad ſequendum Religioſi conſilium, ſed ſolum ad illud petendum: credo nullo modo Religioſum indigere ea licentia; quia nullibi Religioſis dare conſilium in executione teſtamentorum interdictur, ſed potius vt quid conueniens Religioſi approbatur etiam in ſtatibus minoribus Clement. exiſt. de verb. ſignificat. 6. proinde, & ita tradit Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 11. q. 1. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 11. n. 29. Executor autem teſtamenti, cui eſt mandatum à teſtatore prædictum conſilium expoſtulare, tamen non tenetur illud ſequi, ita obligatur petere, vt eius petitionis omniſio nullam reddat teſtamenti executionem, quia eſt defectus in forma ſubſtantiâ, quæ poſita porerat executio aliter fieri, quam facta eſt; Sic Gloſſa vlt. in cap. non eſt de conſuetud. lib. 6. Panormit. in cap. ad Apoſtolicam de Regularibus. Bart. leg. 1. §. ſi plures n. 12. ff. de executor. vlt. Felix. cap. penult. num. 1. de conſtitut. Matien. lib. 5. recepil. tit. 4. leg. 14. Gloſſ. 1. n. 62. & alij ab ipſo relati.

14. Verum ſi teſtator præciperet ſui teſtamenti executoribus conſilium Religioſi ſequi, aſſumt plures referens Sanch. lib. 6. ſum. c. 11. num. 18. loquens de religioſis minoribus executorum deobligari ab eo conſilio petendo; quia ſupradicti Religioſi incapaces ſunt illius conſilij præſtandi; quia eo præſtato exequuntur teſtamentum non pet ſe, ſed per alium, qui eorum conſilium ſequi tenetur. Idemque dicitur Sanch. de aliorum Ordinum Religioſis, non poſſe inquam præſtare hoc conſilium abſque ſuperioris licentia, neque executores illud petere obligari, dum ea licentia non ponitur.

Cæterum verius exiſtimo, quemlibet Religioſum etiam Franciſcanum ſupradictum conſilium dare poſſe nulla ſuperioris petita licentia, ipſoque executores obligatos eſſe illud petere, & ſequi ſi docuit Bad. Rub. Cod. de exercit. n. 6. quem refert & ſequitur Matien. lib. 5. recepil. tit. 4. leg. 14. Gloſſ. 1. n. 62. ſine. Ratio ea eſt; quia ex parte Religioſi idem omnino eſt conſilium, quando executores obligati ſunt illud ſequi, ac quando non, totaque diſtinctas ex parte executorum tenent, non ex parte conſulens. Ergo ſi in vno caſu poſſunt Religioſi nulla ſuperioris petita licentia conſilium dare, in altero etiam poterunt. Item executores teſtamenti non obligantur ſequi prædictum conſilium ex imperio conſulens, ſed ex voluntate teſtatoris; ergo ſaltem eſt conſulentem exequi teſtamentum medio executoro deſignato. Ad hoc enim neceſſarium erat, vt conſulens ſuo conſilio neceſſitaret, executores ad teſtamenti executionem. Præterea ipſemet Sanch. concedit non eſſe Franciſcanis interdictum in vna, vel altera caſu teſtamenti conſilium ex obligatione ſequendum præbere. Ergo neque etiam eſt interdictum in omnibus caſibus in teſtamento contentis; idè enim illud conſilium in vna, vel altera caſu permitteri poteſt; quia conſulentem executorum teſtamenti etiam partialiter non conſtituit. Nam ſi verum executorum partis teſtamenti conſtitueret, ſine dubio permitteri non poſſet; ſicut non permitteri in vna, vel alia caſu procuratorem iudicio exiſtere; quia prohibitio generalis eſt, & quemlibet executorum, & procuratorem comprehendit. Sed eadem ratio eſt conſilium dandum in omnibus caſibus teſtamenti, ſolâque differentia eſt penes magis, & minus, ergo æquè vtrumque conſilium Religioſo licet.

15. Tertia difficultas eſt, an Religioſus teſtamentarius ex licentia Prælati poſſit bona, & pecunias in pauperes ex voluntate teſtatoris diſtribuenda ſibi tanquam pauperi applicare? Et quaſtio procedit caſu quo vera eſt ſententia negans hanc potestatem cuiilibet alteri executoriſque ſententia non tuem difficultatem continet: ſed ea gratis ſuppoſita, videtur idem de Religioſo executoro dicendum; ideo enim ea ſententia negat executori potestatem ſibi ea bona applicandi, tamen pauper ſit; quia ex voluntate teſtatoris præſtanti excludit; ſiquidem mandat executori bona ſua diſtribuere, non tamen ea retinere; ſi enim vellet ſub pauperibus, inter quos diſtributio faciendâ eſt executorum contineri, non ea forma diſponeret, ſed hæc: Executor ea bona, quæ ſibi non reuenerit in pauperes diſtribuat. Cum ergo in contrarium diſpoſuerit, ſcilicet vt omnia in pauperes diſtribuantur, eſſe videtur, executorum pauperem non poſſe ſibi aliqua ex his retinere. At idem videtur dicendum in Religioſo executorum, ergo nequit Religioſus executor ea ſibi applicare; & ita ſuſtinet Sylueſt. verbo teſtamentum 2. q. 2. dicto 5. Man. Rodrig. qq. regular. tom. 3. q. 70. art. 4. Cæterum tenendum eſt eam applicari poſſe; quia non applicat ſibi, ſed Religioſi, tamen Religioſo illorum vſum ei concedat. Sic Sanch. lib. 6. ſum. c. 11. n. 61.

16. Quarta difficultas eſt de Religioſis Minoribus, qualiter ſupradicta munia executoris, commiſſarij, & conſilarij, &c. interdicanur? Nulla eſt dubitatio munus executoris etiam

In qualibet minima causa esse his fratribus interdicitum itave nullus suar Religionis superior possit eis licentiam concedere: colligitur manifeste ex Clem. xxi. de verb. signif. §. proinde, & tradunt omnes. Quod verum habet, dum ij fratres regulari obedientia subiciuntur, secus si ab ea eximuntur ob Episcopatum, vel beneficium assumptum; quia eo casu cum contrectare pecuniam possint, & litibus subortis respondere in iudicio, nulla est causa, ob quam ab hoc munere suscipiendo repellantur; sic Sanch. lib. 6. sum. c. 11. n. 26. cum Cardin. Clem. vnic. n. 5. notab. 7. de testam. ep. ibi Bonifac. n. 64.

17. Et quamvis Man. Rodrig. tom. 3. qq. reg. q. 70. art. 2. ad finem, & clarius art. 3. in fine, & alij relati a Sanch. n. 27. censent Minores executores esse posse testamenti ex Prælati licentia, si distributio inter fratres Minores vel moniales Sanctæ Claræ faciendæ sit, eo quod in hac executione non videantur rationes relatæ in dicta Clem. procedere. At contrarium tenendum omnino est cum Sanch. ibi. Tùm quia Clem. generaliter loquitur abque vlla restrictione. Tùm quia rationes relatæ in dicta Clem. in hoc casu procedunt, si quidem hac occasione cõtractatione, administrationeque pecuniæ involvantur, tum relicta à defuncto fratribus applicando, tum recipiendo quæ ex bonis venditis provenit. Et præterea rationibus reddendis subiciuntur, exponunturque sapè in iudicio se fiteri ad lites subortas decidendas. Non igitur his fratribus executio testamenti etiam in fauorem suorum conuentum facti permittitur. Quod si fratres contra dictam prohibitionem munus executoris suscipiant, & exequantur, valida est eorum susceptio, & executio, dum in iudicio non excipiuntur, sicuti de alijs Religiosis hæc officia, suscipiendis abque Prælati licentia diximus. Quia dicta Clem. solùm prohibitionem continet, neque ulterius procedit ad actum, irritandum: Sic relatio Federico, & Ludou. Rom. docent Greg. Lopez leg. 2. verbo Frayles tit. 10. p. 6. Matien. lib. 5. recopil. tit. 4. lig. 14. Gloss. 1. n. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46. n. 14. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 44. & alij apud ipsos.

18. Verum etsi hoc ita sit, permitti debet his fratribus, sicut & alijs Religiosis esse Commissarios ex voluntate testatoris ad condendum testamentum, quia pro hac commissione nulla est eis specialis prohibitio. Neque rationes, quibus nititur Clem. prohibens testamenti executionem in hac commissione procedunt. Siquidem in ea non correctatur pecunia, non venduntur bona, non exiguntur rationes; non litigia passim suboriuntur, sicuti ex testamentorum executione proueniunt. Ob quas rationes idem existimo dicendum de nominatione executorum his fratribus cõmissa, posse inquam cum exequis, sicuti alij Religiosi: Quia nec inuenio pro hac nominatione specialem prohibitionem, neque rationes cõtractationis pecuniæ, & litigij in ea locum habent. Neque obstat posse hos fratres nominare amicùm, qui ipsis legata pia in pauperes distribuenda applicet; quia id est per accidens: atque ita sustinet Couarr. cap. tua nos de testam. n. 3. fine, Matien. lib. 5. recopil. tit. 4. leg. 14. Gloss. 1. n. 3. Man. Rodrig. tom. 3. qq. reg. q. 70. art. 2. Sanch. lib. 6. sum. cap. 11. n. 41. De electione pauperum, quibus legata pia distribuenda sunt, quamuis plures Doctores, quos refert Sanch. dict. cap. 11. n. 31. lentiant his fratribus interdici; quia testator committens fratribus hanc electionem, cui executores adhaerere debent, videtur eos suæ dispositionis executores facere non immediate, sed medijs executoribus. At probabilis est nullam huius electionis prohibitionem habere; quia hæc electio non est dispositionis testatoris executio, sed conditio, vt dispositio testatoris locum habeat, neque eligens pauperes, cogit executores illis bona distribuere, quod necessarium erat, vt saltem immediate dispositionis testatoris exequeretur, sed executores ex voluntate testatoris coguntur post electionem tanquam conditio: Sic Couarr. cap. tua nos de testam. n. 1. fine. Greg. Lopez leg. 2. verbo Frayles tit. 10. part. 6. Matien. lib. 5. recopil. leg. 14. Gloss. 1. n. tit. 4. Man. Rodrig. tom. 3. qq. reg. q. 70. art. 2. Sanch. plures alios referens lib. 6. sum. c. 11. n. 32. Quoad consilium vero siue ex obligatione ab executoribus testamenti sequendum sit siue non; credo fratribus Minoribus permitti, sicut & alijs Religiosis; quia cõsiliarius non est obligatus rationes distributionis reddere, nec litibus subortis ex distributione respondere, quia non est executor, & tradit Matien. d. leg. 14. Gloss. 1. num. 62.

§. II.

De officio Medici, & Chirurghi.

S V M M A R I V M.

- 1. Officium Medici, & Chirurghi cum incisione vel aduisione est Religiosis prohibendum.
- 2. Proponitur citrà incisionem, vel aduisionem hoc officium Religiosis licere.
- 3. Contrarium tenendum est.

- 4. Religiosus supradictum officium exercens citrà mortis periculum causa pietatis non peccat.
- 5. Quid possit ex Societatis Iesu priuilegijs prestare medicus Religiosus.

1. Non est dubium, officium Chirurghi cum incisione, vel aduisione esse Religiosis prohibendum, vt colligitur ex cap. de Homicidio, vbi deciditur esse irregularem monachum Chirurgia cum incisione venientem secuta morte, quamuis summam diligentiam apposuisset in ea euitanda; quia exercebat artem prohibitam. Neque ab ea culpa excusatur, tamen si ex causa pietatis exerceat, vt bene notauit Abbas dict. cap. tua n. 5. Antonin. n. 4. Socin. n. 5. Eandem prohibitionem habent clerici in sacris constituti, vt constat ex cap. sententiam sanguinis ne Clerici, vel Monachi, imò & constituti in Minoribus si beneficium sufficiens ad victum habeant; quia esto his non sit aliquis expressus textus prædictum officium prohibens; at apud Doctores receptum est, interdicitur clericis in sacris, cõferri his beneficijs interdicitur, sicuti docuit Nauar. summ. cap. 2. n. 110. & com. 4. de regul. n. 28. Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. n. 14. Emanuel Sà verbo clericus num. 2.

2. Difficultas igitur est, an liceat Religiosis (& idem est de clericis in sacris, vel in Minoribus sufficiens beneficium habentibus) officium Medici, & Chirurghi citrà incisionem, vel aduisionem exercere? Videtur licere; quia citrà incisionem, vel aduisionem nullus est textus, quo huius officij exercitium prohibeatur; imò potius permittitur in cap. ad aures de etate, & qualis, vbi excusatur ab irregularitate Canonicus illud exercens, tamen si infirmus mortuus fuerit, qui certè non excusatur, si opus prohibitum exerceret, quia esset excusatio contra decisionem Textus in cap. tua nos de Homicidio. Neque ex eo quod in cap. non magnopere, & in cap. fin. Ne Clerici, vel Monachi, arceantur supradicti ab studio Medicinæ, quæ ibi vocatur Physica, inferendum est illius exercitium prohiberi. Tùm quia exercitium diuersum est ab studio. Tùm quia non propter exercitium prohibetur studium, aliàs prohiberetur esset legum exercitium, quorum studium eodem modo ibi, ac studium medicinæ prohibetur, sed illarum scientiarum studia clericis, & Religiosis interdicitur, vt studium Theologiæ, & sacrorum Canonum promoueat. Nulla igitur est clericis, & Religiosis de exercitio Medicinæ, & Chirurghi citrà incisionem, & aduisionem prohibitio. Et ita videtur tenere Emanuel Sà verbo clericus n. 20.

3. Cæterum tenenda est communis sententia, huius officij exercitium esse clericis, & Religiosis interdicitum ex cap. Clerici 2. de vita & honest. Clericor. & ex cap. 1. & seqq. Ne Clerici, vel Monachi; quibus textibus generaliter clericis, & monachis interdicitur secularia officia. At hoc officium Medici, & Chirurghi etiam citrà incisionem, & aduisionem nimis secularare est, & statum Religiosum dedecet. Ergo ex hac parte prohibitum censetur, atque ita docent Syluest. verbo medicus quaest. 2. Rosella ibi in fine, Angel. n. 11. Armilla. n. 4. Nauar. c. 15. n. 110. Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. n. 18. Hinc soluitur ratio dubitandi. Concedo nullum esse textum, quo exercitium Medicinæ, vel Chirurgiæ citrà incisionem, vel aduisionem prohibeatur specialiter, & expressè nego tamen non esse textum, quo sub generalibus verbis prohibendum non sit. Ad textum in cap. ad aures dic verum esse hoc officium non esse clericis, & Religiosis prohibendum ob periculum mortis, sicuti est prohibitum, cum exercetur per incisionem, vel aduisionem, sed ob indecentiam; eaque de causa non inducit irregularitatem morte sequuta, si debita diligentia apposta est, illam verò inducit, cum per incisionem, vel aduisionem exercetur.

4. Ex his deducitur Religiosum, & sacerdotem à peccato liberari, si hoc officium citrà mortis periculum exerceant causa pietatis, ac proinde gratis circa personas miserabiles, vel cognatas; quia sic exercitium non est officium secularare statum Ecclesiasticum, & Religiosum dedecet, sed potius illi conforme: sic Nauar. Angel. Syluest. Rosell. Armilla loci citati, & Sanch. n. 19. Sà verbo clericus n. 20.

5. Obseruandum tamen est cum eodem Sanch. n. 20. in Societate IESV esse priuilegium à Gregor. XIII. concessum, quodque refertur in compend. priuileg. verbo medicus, Religiosis Societatis IESV medicinæ arte peritis conceditur posse domesticos, & externos mederi ex licentia superioris etiam localis, quando commodè secularis medicus haberi non potest, & dummodo per seiplos aduisionem, vel combustionem non præsentent.

§. III.

De negotiatione Religiosis interdicitur.

S V M M A R I V M.

- 1. Negotiatio propria Religiosis est interdicitur.
- 2. Qualis sit hæc negotiatio.

v 4

3. Inferun

eo tali negotiacione comparato non debere gabellam. Sed verius est oppositum, nam alio non fit ea negotiatio illicita mortaliter, negari non potest aliquam indecentiam continere, vt opinio confiderat Molin. *supra*, & Gutier. *lib. 7. pract. quest. vbi de gabellis, quest. 71. à n. 10.* Ergo ob hanc causam gabella soluenda est, & ita tradit Molin. & Gutier. *locis allegatis.*

8. Quarta difficultas est an sit aliqua causa excusans clericos, & religiosos à supradicta negotiacionis prohibitione, solutioneque gabellae? Respondeo esse solam necessitatē propriæ personæ, & familiæ, quia aliter commodè sustentari non possunt, eo enim casu Pōtētia prohibitio cessat, vt satis probari potest ex Concil. Elibertino, c. 19. permittente in necessitate clericis negociari per se intra provinciam, per alios extra. Non enim lex Ecclesiastica, quæ solū ob decentiam status cōstituta est, rigidius obligare debet, imo non solū ob tuam, tuorumque necessitatem hæc negotiatio permittitur, sed etiā ob necessitatē grauem pupilli, viduæ, alteriusque personæ miserabilis: sic Reginald. *l. 2. sum. lib. 2. c. 21. §. 3. circumsunt.* Torres *tract. de iust. disp. 59. dub. 2. §. commun. sensus*, Molin. *t. 2. de iust. disp. 34. 2. §. 3. ob seruandum*, vbi excusat à peccato religiosus commorantes in Brasilia, neque habentes vnde commodè sustententur, si ibi emanet merces transportandas Alouissip. ibique carius vendendis, dum modo nihil plus mercium, quam ad emendam in Lusitania ad sui sustentationem necessaria mittantur, idem tradit Gutier. *dit. quest. 93. num. 75.*

9. Ad prohibitionem negotiacionis reducere possumus, si clericus in nudinis vel in foro inter mercatores assistat: nō quidem causa emēdi sibi necessaria, sed potius exercēdi inter eos proxenatarum officium Hispanæ cordedores: colligitur ex *cap. cleric. II. Confil. Carthag. 91. disp. sic Petr. Nauat. lib. 2. de restit. c. 2. n. 326. Salas de emp. c. vendit. dub. 2. in fin.* At credo solum esse peccatum mortale quando mediatio esset in contractibus simoniacijs vltarijs, vel alijs illicitis, iuxta doctrinam *Romani 722. incipit Proxena*, vel quando mediatio esset ita frequēs, vt scandalum causeret, statimque Ecclesiasticum grauius de deceret, impediretve obligationibus illius satisfacere.

§. IV.

De fideiussione, & deposito religioso interdictis. **S V M M A R I V M.**

1. Non possunt fideiubere religiosi, nisi de licentia prælati.
2. Fideiussio absque licentia prælati non tenet.
3. Religiosi capaces sunt depositi, at monasterium obligatum non remanet.
4. Prælati non potest domino non consentiente à subdito depositum remouere.
5. Tenetur prælati de deposito, si non corrigat subditum depositum expendentem.
6. Deposita factum Ecclesie, vel conuentui, si ob culpam illorum commissum sit, tenentur depositum soluere.
7. Non inuatur Ecclesie aduersus hanc obligationem beneficio restitutionis.
8. Quando censetur depositum fieri Ecclesie, vel prælato.

Religiosi fideiubere non possunt nisi de licentia prælati, & maioris partis capituli, iuxta Textum, in *cap. penult. de fideiussione. c. leg. 2. tit. 12. part. 5.* In religione autem vbi capitulum non congregatur, vt in nostra Societate sufficit licentia prælati valent licentiam concedere, vt docet Molin. *t. 2. de iust. disp. 540. post medium vers. Religios.* Sanch. *lib. 6. sum. c. 14. n. 38.* Debet autē in fideiussione vtilitas monasterij intervenire, quia est virtualis quedā bonorū religionis alienatio: Sanch. *n. 38.* Ipse tamē prælati eo casu quo potest alijs fideiubēdi licentiā cōcedere, fideiubere potest, quia potest vti facultatibus, quas subditis cōcedit, ne deterioris cōditionis existat. 2. Quod si religiosus absque legitima prælati licentia fideiubeat, fideiussio non tenet, quia esto peculium habeat, cum Superioris voluntati subiectus sit, obligare illud non potest solutioni independentē à prælati voluntate. Ea quo noranda est differentia fideiussionis religiosi à fideiussione clerici. Nā quāuis fideiussio omnibus prohibetur, at clericus cū bona habeat propria potest ea solutioni firmiter obligare nulla licentia requisita. Secus verò religiosus, qui proprio caret. Adde clericis non quamlibet fideiussione interdictam esse, sed fideiussionem pro laicis, & in casu non necessario; at religiosus quælibet fideiussio sine licentia prælati interdicta: ac proinde sic facta nulla est: tradunt post alios antiquiores Sylicet. verbo *Excommunicatio 9. n. 55. sine.* Greg. Lopez *leg. 2. verbo de los Obispos, tit. 12. part. 5. Azor. t. 1. l. 12. c. 11. q. 2.* Molin. *t. 2. tract. 2. disp. 540. vers. religios.* Sanch. *alio relatis, c. 14. n. 41.* Quin 42. docet optimè religiosum extra monasterium de licentia Abbatis existentem fideiubere non posse licitè, nec validè; quia solum potest eos contractus celebrare, qui ad sui sustentationem fuerint necessarii, quales nunquam est fideiussio.

3. Quoad depositum attinet, certū est religiosus illius capaces esse argum. c. 1. *De deposito, c. habetur. l. Regia 3. part. 5. At*

mortaliter peccabit religiosus, si absque consensu saltem præsumpto prælati potentis licentiam concedere, depositum graue accipiat ob contractum initum, & obligationem, quæ propria auctoritate suscipit: sic Molin. *tract. 2. de iust. disp. 525. vers. non solum clericus*, Sanch. *lib. 6. sum. c. 14. n. 27.* Monasterium vero non tenetur de deposito culpa religiosi depositarij amisso, vel deterioris effecto, tametsi ex licentia prælati susceptum sit. Quia licentia solū deseruit, vt licitè religiosus depositum accipiat; non tamē vt inde prælati, aut monasterij obligetur. Quinimo etiam si prælati depositum accipiat, & non monasterium, monasterium obligatum non remanet, quia in subeunda obligatione non consentit, colligitur manifestè ex *cap. grauis de deposito. c. delictum de reg. turis in c. 8.* docuit Lessius *lib. 2. de iust. c. 27. dub. 3. n. 12.* Sanch. *lib. 6. sum. c. 14. n. 29.* Ipse vero religiosus depositarius, cuius culpa depositum amillum, vel deterioratum est, obligatur soluere, si aliquando sit soluendo, vt obligatur si peculium habeat suæ dispositioni relicto, ex quo abique graui incommodo soluere possit. Monasterium vero ex illo deposito perditio, vel deteriorato, si locupletius factum est, ea in parte depositum soluere tenetur. Quia quoad eam partem depositum virtualiter manet; habetur *dicto cap. 1. de deposito, & tradunt Lessius, Sanchez & Molina, supra.*

4. Superest tamen triplex difficultas: Prima, an possit Abbas depositum apud monachum existens auferre; & apud se retinere: Respondeo, non posse nisi domino consentiente, quia illud esse depositum remouere, & vindicare: possit autem interdiciere religioso, ne apud de depositum habeat, sed domino reddat, vel ex illius consensu procuratori tradat Sanch. *lib. 6. cap. 14. num. 3.*

5. Secunda difficultas est: an prælati videns subditum in obseruatione depositi delinquentem, nec corrigens teneatur de deposito? Aliqui affirmant non teneri, sicut non tenetur restituere confessarius omittens culpabiliter obligare poenitentem ad restitutionem faciendam: quia nec confessarius, nec prælati sunt cōstituti iudices in aliorum fauorem, sed in fauorem subditorum: ac proinde comparatione suorum subditorum delinquent contra iustitiam: non autem comparatione aliorum. Ergo non tenetur de damno: sic Hostiensis, *cap. grauis de deposito n. 14.* Tabiena verbo *monachus, n. 13.* Verum est hæc sententia sit probabilis, probabiliorē reputo prælatum in dicto casu obligatum esse de deposito: quia ratione officij ab Ecclesia concessi tenetur impedire damna suorum subditorum: sicut tenetur quilibet alius sæcularis gubernaror. At hic omittens culpabiliter impedire damna à suis subditis facta obligatus est restitui. Ergo similiter regularis prælati. Neque est verum esse constitutum iudicem tantum in fauorem subditorum: nam etiam est constitutus iudex in aliorum fauorem, si æquitas postulauerit: est enim iudex inter partes. Alias si peccati domino depositum non cogeret religiosum reddere, nullam inde obligationem haberet, quod nullatenus est admittendum: cum iudex sit inter partes. Secus dicendum est de confessario, qui solum pro poenitente est iudex constitutus, & ita sustinet Greg. Lopez *leg. 3. Regia, tit. 3. verbo religiosi, part. 5.* Sanch. alijs relatis, *lib. 6. sum. c. 14. n. 33.* Insuper posse, & debere prælatum punire subditum in obseruatione depositi delinquentem: sicut cum in alijs obseruationibus delinquit, in comperito est apud omnes, cum nullus sit rextus excimens hoc delictum à prælati punitione. Molina *dicta disp. 525. vers. non solum*: Sanch. *lib. 6. sum. cap. 14. num. 31.*

6. Tertia difficultas est: an depositum factum Ecclesie, vel conuentui teneatur Ecclesia soluere, cum est culpabiliter amillum? Videtur nequaquam teneri, si res immobilis, vel mobilis pretiosa distrahenda est ad illius solutionem, & Ecclesia ex deposito lucrum non sentit: quia cum horum alienatio interdicta Ecclesie, nisi illius viget vtilitas, seruaturque solemnitates à iure requisitæ, nequit monasterium accipiens depositum aduersus hoc interdictum obligationem suscipere: sic tradit Abbas, *cap. grauis de deposito, n. 10.* cum Innocentio, & Ioanne Andrea *ibi*: At contrarium tenendum est cum Glossa *eo cap. grauis*, verbo *persona*, & ibi Anton. *num. 5. c. 13. Immo, num. 15. c. 16. Cardin. num. 1. notab. 3. & num. 7. quest. 7. leg. Regia. 7. tit. 3. part. 5.* & ibi Greg. Lopez, Sanchez supradictos referent *lib. 6. sum. cap. 14. n. 33.* colligiturque manifestè ex *dicto cap. grauis*, vbi excusatur Ecclesia ab obligatione soluendi depositum: quia non ipsi, sed singulari personæ commissum fuit. Ergo si Ecclesie commissum esset, cessaret excusatio, & obligatio superueniret. Neque ibi sit vlla distinctio de deposito cedente in vtilitatem Ecclesie, vel in vtilitatem solius deponentis. Ratio vero est, quia ius permittens Ecclesie depositum accipere, non extrahit depositum à sua essentia, & qualitate. At essentia depositi est obligare depositarium in obseruatione illius delinquentem ad satisfactionem exhibendam: Ergo Ecclesia, quæ ex iure permittente depositum accipit, obligata est, si delinquat, satisfacere. Neque obstat, quod ad hanc satisfactionem necessarium aliquando sit rem immobilem, vel mobilem pretiosam distrahere, vt inde excusari possit: quia hæc distractio

tractio est obligatoria, & in consequentiam obligationis depositi suscepti: ac proinde opus non est seruare solemnitates à iure requisitas pro eorum Ecclesiasticarum alienatione: hæ enim statuta sunt pro alienatione voluntaria, & directa.

7. Neque aduersus hanc obligationem, vt optimè tradit Gregorius Lopez, leg. 7. titul. 3. part. 3. num. 1. verbo *Bienna si Sanchez lib. 6. summ. cap. 14. num. 36.* iuuari potest Ecclesia, vel monasterium beneficio restitutionis in integrum, si dolo depositum amittit: sicuti nec minor, cui Ecclesia comparatur cap. 3. de restitut. in integrum, hoc beneficio iuuatur, cum est in dolo, argument. leg. si ex causa §. nunc videndum ff. de minoribus. Secus vero (inquit Sanchez aliis relatis) dicendum esset, si solum esset in lata culpa, quæ non dolum verum, sed præsumptum inducit.

8. Quod sitandem roges, quando censetur depositum fieri monasterio, vel Ecclesie, quando prælato, vel alteri monacho, vt singulari personæ? Optimè respondet Glossa dicto cap. 1. De deposito, Gregorius Lopez dicta leg. 7. titul. 3. part. 5. Sanchez aliis relatis, numer. 37. monasterio, & Ecclesie depositum fieri, quando fit ex consensu prælati, & capituli, vel illis scientibus, & non contradicentibus, cum possint: quia eo ipso censentur depositum acceptare. Item si fiat apud Sacristam: vel procuratorem ad recipienda deposita designatum. Debet tamen recipere seruatis conditionibus, quibus facultas à conuentu commissa est. In Societate autem Iesu, cum omnes contractus collegij bona obligantes ex solo Superioris consensu celebrentur absque capituli congregatione, vt constat ex compendio priuileg. verbo *contractus*. Si superior quatenus talis est depositum accipit, aliuve ex illius consensu, contentus tenetur ex deposito; quia factum superiori, alteri ex illius consensu, conuenit censetur factum. Seruanda tamen est regula Propositi. 69. & regula Rectoris 64. quibus interdicitur depositum pecunie admitti, aliarum vero rerum non nisi cautiſſimè, & dummodo sine eorum, quibus multum debeamus, aut ab eo, qui id officij sine magna offensione denegari non possit.

§. V.

De venatione, alearumque ludo religiosis interdictione.

S V M M A R I V M.

1. Hac religiosis interdicitur, sed secluso scandalo non videtur mortalitas.
2. Ad Religiosos laicos prohibitio extenditur.

1. Certum est hæc Clericis, & à fortiori religiosis interdici: nam de venatione est Text. in cap. 1. & 2. De clerico venant. & Clement. 1. §. porro de statu monach. quem renouat Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. Debet tamen esse venatio canes, & aues insequendo, & vociferando, contemptu, & temeritate non esse peccatum mortale venari censet Nauarr. com. 4. de regularib. num. 26. Sa verbo *venatio*, num. 4. edit. Roman. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 11. num. 12. Adde etiam à veniali excusari posse, si venatio rara sit, moderata, & ad reficiendas animi vires, Sà, Suar. *suprà*. Idem ferè dicendum est de ludo alearum, & taxillorum, sub quo vt notat Valent. 2. 2. disp. §. 9. 6. pan. 5. vers. *ubi duo sunt notanda*, pag. 290. intelligitur omnis ludus fortunæ potius, quam indultrix committitur. Esse quidem clericis prohibitum; imo tali ludo interesse, cap. penult. de viuis, & honest. cleric. can. 41. & 42. Apostol. relatis cap. 1. 35. disp. pœna suspensionis, vel excommunicationis imponenda decernitur qui his ludis inseruerit, & cap. inter dilectos De excessib. prælator. quidam clericus, eo quod esset publicus aleator, & vltarius repulsus est à dignitate, ad quam fuerat electus, non obstante consuetudine clericorum sic ludendi, quam dicit Pontifex corripelam esse. Ex quibus textibus constat manifestè clericis consuetudinem ludendi esse prohibitam: non autem vna, vel altera vice ludere. Illa enim verba, *vacans, deseruiens, aleator*, consuetudinem, & ludum quasi ex officio designant, vt bene aduertit Salas de Ludo, dub. 24. num. 2. Atque ita docet Molina, disp. 512. Ar. or. 13. lib. 5. cap. 27. quæst. 2. Re bello 2. part. lib. 12. q. 1. Salas num. 3. Imo non desunt Doctores, qui etiam consuetudinem à peccato mortali excusent, si recreationis causa habeatur, & non principaliter ob lucrum: sic Sà verbo *ludus*, n. 1. Valent. 2. 2. disp. §. 9. 6. punct. 5. §. 1. 2. vers. *ubi duo sunt relati à Salas* *suprà*. Iple tamen contrarium merito sentit: quia textus ludum prohibentes ponderant consuetudinem ludendi, non autem lucri finem.

2. Sed an hæc prohibitio clericis facta ad religiosos laicos extendatur, difficultate non caret. Neque Salas extendit, affirmatque *dub. 24. n. 3. vers. 4.* religiosum laicum ludentem

assidue contra prædictos Canones non peccare. Moueri potuit quia de superius in sacris expresse prædicti textus loquuntur: ergo absque fundamento ad religiosos non clericos fit extensio. Nihilominus tenendum est oppositum cum communi sententia docente fuit nomine clericorum religiosorum venire, & quoties prohibitio decemant status respicit, & ita tradit in præsentia Nauarr. cap. 2. c. n. 9. Valent. vers. *alterum est*. Rutilio Veconio in speculo lib. 1. disp. 1. q. 7. dub. 2. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 1. cap. 11. n. 2.

§. VI.

De gradu litterarum Doctoris, & magistri, an sit religiosis interdictus, Et quid in Societate Iesu.

S V M M A R I V M.

1. Religiosus potest gradu doctoris, vel magistri in iure canonico, vel sacra theologia insigniri de Superioris licentia. Idemque dicendum est de gradu in iure ciuili, vel medicina.
2. Si autem religiosus prædictis gradibus decoretur absque licentia superioris, valida est susceptio, esto peccaminosa. Diversum procedit in religione Prædicatorum, & Minorum propter eorum specialia priuilegia.
3. Religiosus Societatis Iesu non aliter prædicti gradus litterarum de Propositi Generalis licentia, & seruata quinque conditionibus.
4. An omisso examine in Societate Iesu gradus susceptio valida sit, sub distinctione respondetur.
5. Explicatur secunda conditio.
6. Explicatur tertia.
7. Explicatur quarta, & quinta.
8. Expenditur priuilegium Iulij 11. latum in fauorem Societatis Iesu.

1. Non defuerunt, qui hunc gradum honoris, & scientiæ signum impugnant, vt pote alienum à religioso statu pauperi, & humilitati: sed eos conuincit D. Thom. *quæst. 19. contra impugnantes religionem*, c. 2. & 3. D. Antonin. 3. part. 1. c. 2. §. 8. Non enim assumitur ad vanam ostentationem, sed vt cum maiori fructu, & proximorum satisfactione verbum Dei seminaret. Debet autem assumi ex licentia prælati: Tum quia omnes religiosi actiones ei debent esse subiectæ: tum quia eo gradu insignitis plura iura, priuilegia, & exemptiones competunt, quibus absque licentia prælati, non decet religiosus vti. At stante prædicta licentia, gradu doctoris, & magistri in theologia, sacrique Canonibus omnes religiosi etiam Franciscani insigniri possunt, seruatis tamen conditionibus, quas in hac licentia concedenda qualibet religio pro suis subditis prudentissimè præteribit. Solum est difficultas, an hæc licentia extendi possit ad gradum doctoris, & magistri in iure ciuili, vel medicina, eo quod studium harum scientiarum sit religiosis interdictionem. Non magno opere, cap. *super speculo Ne clericus vel monachus*. Sed omnino dicendum est, posse extendi, si religiosus his facultatibus ante religionis ingressum operam dedit: imo etiam si in religione illis addiscendis contralatos Canones deliquerit, si tamen illis peccatis est, poterit ex facultate superiorum harum scientiarum gradu decorari: quia nulli huius gradus acceptio est prohibita. Neque ea prohibitio induci potest ex prohibitione studij illarum facultatum, quia est res omnino diuersa. Tum quia hoc studium prohibetur, vt theologia studium crescat, & extendatur: qui finis non impeditur, ex eo quod religiosus gradum Doctoris, & magistri in iure Cæsaræo, & Medicina accipiat post harum facultatum cursum consummatum. Atque ita docent Felin. c. *causæ dilectæ*, n. 19. de Rescript. Nauarr. com. 2. de Regularibus, num. 2. Salcedo *pract. c. 59.* Man. *Rodrig. t. 2. quæst. regular. q. 74. art. 1. & 2.* Sanchez *lib. 5. summ. c. 14. n. 45.*

2. Quod si religiosus absque sui superioris licentia prædictarum scientiarum gradu decoretur, valida est susceptio, esto peccaminosa iure communi spectato: quia nullus est textus, ex quo colligi possit irritam esse nullam. Quapropter qualibet religio sua priuilegia spectare debet, vt inde colligatur, an hæc susceptio annulletur. Credo tamen nulli religioni excepta Prædicatorum familia hoc priuilegium irritans gradum assumptum absque superiorum licentia datum esse. Religioni vero prædicatorum concessit Innocent. VIII. vt habetur in *moniment. ordin. edit. 2. fol. 75. concl. 194.* & retert. Man. *Rodrig. dicta q. 74. art. 3.* Quod nullus Fratrum ordinis Prædicatorum, seu de Obseruantia provincie, aut congregationis Hispanie magistris Iesu nisi quæcumque gradum in sacra theologia, nisi ad illud per capitulum dictæ congregationis exposuerit, pro non promotis habeatur, & ad huiusmodi gradus in habiles sint, & esse censeatur. Quæ decisio non ad alias religiones, imo

imò neque ad Fratres eiusdem religionis non reformatos extenditur. Nam etiam religiones in privilegiis concessis communicant; non inde infatur communicare in privilegiis specialium rationem. & institutum alicuius religionis spectantibus, & ita tradit Man. Rodrig. dicto t. 2. *quæst. regular. q. 74. art. 3.* Sanchez lib. 6. cap. 14. in fine. Præterea religioni Minorum concessit Martin. V. provt refert Man. Rodrig. dicto q. 74. art. 2. Quod quicumque Fratres promovendi fuerint ad gradum magistris in theologia extra universitates ab ipso ordine per generalia capitula ad hoc specialiter electas, & absque eo quod ante perfecterint debitos suos cursus, & sententias legerint in universitatibus approbatis, & actus legitimos, & cætera exercitia scholastica fecerint provi legere, & facere teneantur de consuetudine, vel de iure in huiusmodi ritè magistrandi scientia; minime de cætero gaudere possunt beneficiis, honoribus, gratiis, privilegiis, exemptionibus, & indulgentiis tam in dicto ordine, quam extra magisterio in theologia, Apostolica, vel quavis alia autoritate concessis, & quibus magistri huiusmodi vti, & gaudere consueverunt, insuper graves pœnas iniungit sic promoventibus. Verum etiam tamen ut pœnas his decretis contentæ locum habeant, præsumptionem requirit. Quapropter quælibet ignorantia modo non sit ingens temeritas ab illarum incuria liberat, vti notantur Sanchez. & Man. Rodrig. locis allegatis.

3. Superest dicendum de Societatis Iesu religiosi. Certum est neminem gradu alicuius scientiæ insigniri posse absque licentia Præpositi Generalis, ut expressè habetur *reg. 61. Provincialis*, ibi Quamvis in actibus scholasticorum communibus exercendi sint nostri iuxta constitutiones, nullus tamen ad philosophiæ, vel Theologiæ gradus etiam si idoneus sit promoveatur sine Præpositi Generalis facultate. Conditiones autem, seu qualitates pro his gradibus recipiendis servandæ præscribuntur, 4. p. *constitut. cap. 6. num. 17. & capit. 15. num. 4. & reg. Provincialis 64.* Prima est, ut per diligentem examinationem digni inveniantur, qui gradum suscipere debent. Secunda, ne loca certa, quamvis ea in universitate ubi gradum accipiunt dari soleant, accipiant, sed extra numerum se constituant, & subditur ratio; vt ab omni ambitionis specie, atque ab aliis affectibus parum temperatis recedant. Tertia, ne sumptus, qui pauperes non debeat in gradibus huiusmodi faciant. Quarta, ne ob aliud quam ut possint proximis ad Dei gloriam esse vitiores promovendi debent, vt nullum humilitatis patiarum detrimentum: hæc continentur dicta 4. p. *constitut. c. 6. §. 17.* Quinta habetur *reg. Provincialis 64.* ne nomine Doctoris, vel magistris ratione gradus inter se religiosi vtiatur. Ferè cum supradictis conditionibus coincidunt appositè eadem 4. p. *constitut. cap. 15. §. 4.* pro collatione graduum in universitatibus Societatis religimini committis. Prima est, ne quis nisi diligenter, & publicè examinatus per personas designatas, quæ bene suum officium faciant, & idoneus ad prælegendum eandem scientiam inveniuntur promoveatur, siue ille de Societate sit, siue extra eam. Secunda, vt præcludatur ostium ambitioni nullis locis certis eis, qui ad gradum promoveantur, assignatis, quin potius honore se inuicem prævenire nulla locorum differentia obserata curent. Tertia, vt quemadmodum Societas gratis docet, ita & ad gradus gratis promoveat, & non nisi admodum exigui sumptus (licet voluntarij sint) externis permittantur, ne consuetudo vim legis tandem obtineat, & in ea parte decursu temporis excessus fiat. Vnde in declaratione dicitur, non permittentur conuiuia, nec alij ludj, qui cum sumptibus non mediocribus sunt, & ad finem nobis propostum inutiles sunt. Quarta, ne Rector magistris, vel vllis alijs de societate, sibi, aut collegio pecuniam, aut dona quævis ab vllis pro re quavis in ipsorum villitate facta accipere permittat. Quinta, ne in horum graduum collatione pilci, aut chirothecæ, vel quid aliud detur.

4. Circa primam conditionem de examine requisito dubitari potest; an eo omisso validus esset gradus? Sed hæc quæstio facile deciditur. Si gradus recipiendus est in universitate Societati non subiecta, spectanda sunt eius statuta, quæ si pro omnibus indifferenter hoc examen præscribunt, nullus erit gradus eo omisso, tametsi graduandus noverit doctus existat, vt optime tradit Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 86. *vers. ego vero.* Hieron. Gonzal. *reg. 2. cancellar. gloss. 4. num. 89.* creditur enim pro forma exigij, qua deficientie corrumpit actus. At si gradus in universitatibus Societatis recipiendus est, potest Rector Universitatis habita licentia à Generali, vel Provinciali iustas ob causas hoc examen publicum remittere, sicut dicitur. 4. p. *constitut. cap. 15. §. 4. in declarat. lit. 2.*

5. Secunda conditio de locis extra numerum accipiendis facile obseruari potest in universitatibus Societatis subiectis, at in alijs, in quibus frequenter loca designantur pro cuiusque antiquitate difficile est. Sed non obinde à recipiendo gradu illis universitatibus debent religiosi Societatis excludi. Quia hæc conditio intelligi debet, cum com-

modè seruari potest, & quantum est ex parte religiosorum. Hi enim quantum est ex se loca certa non accipiant, sed alijs facile cedant, seque extra numerum constituent. Si tamen universitas non solum ea loca certa tribuat, sed quasi ad ea recipienda compellat; cum ea receptio potius sit necessaria quam libera, humilitati non derogat, neque ambitionis speciem habet, neque prauum aliquem affectum fouet, sic supponit pro certo Suarez 4. *de religione tract. 10. lib. 5. cap. 4. num. 10.*

6. Tertia conditio de non faciendis sumptibus pauperes decentius optime seruari potest in universitatibus Societatis, at in universitatibus externis difficile apparet. Nam etiam religiosi nullos extraordinarios, & indebitos sumptus facere velint: sumptus tamen obligatorij ita magni esse solent, vt videantur pauperes dedecere: sæpe enim ad mille aureos accedunt. Ex quo videtur inferri in his universitatibus non posse religiosos Societatis iuxta eorum regulas, & statuta promoveri, confirmarique potest ex Bulla Pij IV. edita anno 1561. *exponi nobis super fecibus*; vbi statim post principium inquit Pontifex non expedire, vt scholares in nostris collegijs litteris vacantes promoveantur ab universitatibus partim propter obligationes, & iuramenta per inibi promovendos præstari solita, partim ob nimias, quæ ibi fieri solent impensas. Si ergo scholaribus externis hoc non expedit, à fortiori non expedit Societatis religiosi. Nihilominus hæc non vrgent, quominus possint religiosi Societatis in supradictis universitatibus promoveri non quidem frequenter, sed rarò: quando scilicet bono nomini Societatis, eiusque doctrinæ, institutisque defensionis, & proximorum utilitati iudicatum fuerit expedire; eoque casu non nisi selectæ personæ promovendæ sunt. Quod vero frequenter non debeat in his universitatibus religiosi promoveri, sed rarò: conuincit Bulla Pij IV. generaliter id affirmans de omnibus scholaribus, qui in nostris collegijs student; eaque de causa facultatem ibidem concedit illius collegij superiori, studiorumque præfecto, vt adhibitis gradum duobus, vel tribus magistris prædictis scholaribus lectum conferat habentem eandem qualitates, privilegia, & exemptiones, ac si in universitate receptus esset. Sed hoc non obstat sæpe supra dictis scholaribus expedit in illis universitatibus promoveri. Tum quia gradus in universitate receptus pluris apud homines estimatur. Tum quia gradus à Societate concessus forè absque litigio non admittetur, tum ob alias causas. Ergo idem est dicendum de Societatis religiosi; frequenter in quâ non expedire ab universitatibus promoveri, bene tamen rarò, & personas selectas. Neque hæc promouere est aduersus conditionem in constitutione præscriptam. Fateor enim sumptus exigui non esse, sed ingentes: nego tamen pauperes dedecere; alias dedecere omnes alios religiosos, qui verè pauperes sunt, concedendumque esset illos malè facere in supradictis universitatibus se promovendo, Pontificemque, & prælatos iniquè procedere permittentes universitati eos sumptus à religiosi exigere. Non igitur affirmari potest supradictos sumptus à religiosi paupertate alienos esse. Ratio vero ea est, quia ij sumptus non sunt à religiosi pro libito, sed occasione gradus accipiendi, & in illius consequentiam. Cum ergo gradus in illis universitatibus religiosi pauperes non dedecere, sed sæpe convenientissimus sit, nec dedecere possunt accessorij sumptus. Illi ergo sumptus religiosi pauperes dedecere, qui necessarij non essent gradui recipiendi; quia ij non necessitati, sed vanitati deseruirent, quæ à religiosi paupere procul esse debet. Supra dicta efficacius procedunt, cum non ex peculio religiosi, vel ex bonis religionis sunt hi sumptus, sed à quodam externo ad illum finem donantur. Eo enim casu manifestum est, non fieri sumptus, qui pauperes dedecere: cum non à religiosi paupere fiant, sed à seculari diuite. Quod si secularis non universitati immediate (vt facere poterat) sed religiosi, vel religioni eos sumptus donet in susceptione gradus consumendos, religiosi eos expendens dici non potest suæ paupertatis puritatem violare; cum non ex sua libera voluntate, sed ex donantis voluntate ad rectum finem concessos expendat.

7. Quarta, & quinta conditio & facile seruari possunt, & sunt omnino seruandæ: quia humilitatem spectant. Hæ enim probant non esse accipiendum gradum ob honorem, & lucrum, quæ ex gradibus provenire solent, sed ob maiorem Dei gloriam, & proximorum salutem; sicut rectè notauit Suarez t. 4. *de relig. tract. 10. lib. 5. cap. 4. n. 11.* Conditiones verò requisitæ in collatione graduum à Societate explicatione non indigent, ex se enim satis patent.

8. Aduertendum tamen est Iulium III. in Bulla incipiente *sacra religionis*, edita anno 1552. quamque confirmavit Pius IV. in Bulla incipiente *exponi nobis*, anno 1555. concessisse religiosi collegiorum Societatis Iesu existentium in universitatibus alicuius studij generalis, si prævio rigoroso, & publico examine in eisdem universitatibus reperti fuerint idonei, & Rectores universitatum eos gratis promoue-

re recuſauerint, vt in prædictis collegiis à Præpoſito Generali, vel de eius licentia à quouis ex inferioribus Præpoſitis, vel Rectoribus huiusmodi collegiorum cum duobus, vel tribus doctoribus, ſeu magiſtris per eodem eligendis promoueri poſſint ad Baccalaureatus, & Magiſterij, Licentiaturæ, & Doctoratus gradus. Religioſis vero collegiorum exiſtentium extra vniuerſitates conceſſit, vt abſoluto ſtudioſum ſuorum curſu, & rigoroſo examine præcedente à Præpoſito Generali, vel de eius licentia à quouis ex Præpoſitis, vel Rectoribus huiusmodi collegiorum cum duobus, vel tribus doctoribus, & magiſtris per eodem eligendis ad prædictos gradus poſſint promoueri. Hi vero promoti gaudent omnibus priuilegiis, & prerogatiuis, quibus gaudent qui in vniuerſitatibus rigoroſo examine præuia, ac alias iuxta inibi obſeruari ſolitos, & requiſitos vſus promouentur: ſic in ſupradictis Bullis, & referuntur in compendio priuileg. verbo gradus, & à Man. Rodrig. t. 1. quaſt. regul. q. 7. art. 3.

§. VII.

De officio tutoris, & curatoris religioſis interdictione.

- 1. Religioſi tam à teſtatore, quam à iudice designati tutores, & curatores eſſe prohibentur.
- 2. De tutela, vel cura legitima eſt aſiquale diſcultas. Affirmatiuam partem tenent aliqui. Sed verior eſt negatiua.

Non poſſunt religioſi in teſtamento pupillorum tutores, & minorum curatores designari, neque etiam à iudice deficientibus tutoribus, vel curatoribus teſtamentariis, & legitimis. Quod ſi ex teſtamento, vel à iudice designentur, ipſi admittere non poſſunt: habetur expreſſe cap. peruenit, 86. diſt. & Auth. de ſanctiſſim. epiſcop. §. Deo autem amabilis collat. 9. & leg. Regia 45. tit. 6. part. 1. & leg. 14. tit. 16. part. 6. Quod ſi hac prohibitione non obſtante hanc tutelam religioſi admittant, nulla eſt admiſſio, & conſequenter omnia inde ſubſequentia nulla ſunt: ſic Azor. t. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 11. q. 3. Sanchez lib. 6. ſumm. cap. 24. numer. 23. Mouentur ex Textu in dicta Authentica. §. Deo autem ubi dicitur monachos nulla lege tutores, & curatores cuiuſcunq; perſonæ fieri permiſſimus: & ex leg. Regia 14. venite verbo non poeſt. ibi. Obiſpo, ni munge ni otro religioſo non puede ſer guardador de guerfano. Quæ verba (inquit Sanchez) denotant religioſos incapaces eſſe curæ, & tutelæ. Sed cum verbo non poeſt, quod efficacius eſt, quam non permittere vtiur Clem. 1. de Procuratoribus, vt neget religioſis procuracionem, eoque non obſtante decilum cum Sanch. reliquimus religioſos admittentes procuracionem abſque ſuperioris licentia validè admittere? efficitur ſane ex verbo non poeſt, non probari ſatis hanc religioſi incapacitatem. Et præterea, quia ſupradicta lex æque de Epiſcopis, ac religioſis loquitur, cum tamen Epiſcopi non reddunt incapaces tutelæ ſi eam admittant. Quapropter eam cenſeo eſſe legitimam rationem: quia nullus religioſus, vt pote proprio carens obligare aliqua bona poteſt pro tutela adminiſtranda, quod in omni tutela neceſſarium eſt.

2. Diſcultas nonnulla eſt de cura, & tutela legitima ſic appellata: quia à lege deſertur conſanguineis ab inteſtato ſuccedentibus, an inquam huius curæ, & tutelæ religioſi capaces ſint ex licentia prælati: affirmat Gloſſa in ca. peruenit. 86. diſt. verſ. tutela in 2. ſolut. & ibi. Tutelæ. Angel. verbo tutela. n. 1. Sylueſt. q. 1. Tabiena q. 1. Azor. lib. 12. inſt. moral. c. 11. q. 3. Mouentur ex dicto cap. peruenit, ubi hæc tutela permiſſitur Epiſcopis, quibus religioſi æquiparantur, vt conſtat ex dicto cap. & ex leg. 14. tit. 16. part. 6. Et licet in §. Deo amabilis Authent. de ſanctiſſim. Epiſcop. ſit qualibet tutela religioſis interdictione, corrigitur hoc interdictionem (inquit ſupradicti Doctores) per Textum in cap. ſin. 86. diſt. Sed multo verius eſt incapaces eſſe religioſos ſupradictæ tutelæ, quia in Auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. & leg. Regia 14. indiſtinctè omnis tutela religioſis interdicitur. Textus autem in dicto cap. peruenit nullum verbum habet, ex quo poſſit colligi hoc interdictionem corrigi: ſic gloſſa dicto cap. peruenit in 1. ſolut. Greg. Lopez dicta leg. 14. verb. no puede, Sanchez lib. 6. cap. 14. n. 25. Gutierrez de tutel. 1. p. c. 1. n. 30. Mol. t. 1. de inſtit. tract. 2. diſt. 221. verſ. religioſus. Quod verum habet, vt tradit Sanch. Mol. & Greg. Lopez etiam ſi tutela eſſet miſerabilium perſonarum. Quia eſto hæc tutela Epiſcopis permiſſatur in cap. peruenit, & aliquando ad illam ſuſcipiendam obligentur, poſſuntque clericos ſuæ diœceſis cogere ad illius adminiſtracionem, nunquam tamen religioſis id reperitur permiſſum. Neque eſt ſimilis ratio de Epiſcopis, & religioſis, cum Epiſcopi proprium habeant, quod poſſint obligationi tutelæ ſubicere, ſecus religioſi.

§. VIII.

De electione ſepulturæ religioſis interdictione.

SUMMARIUM.

- 1. Prælati religioſis ſupremis eligere poteſt ſepulturam inferiori autem dum ſuperior non contradicit.
- 2. Prælati eligere ſuis ſubditis ſepulturam poteſt.
- 3. Subditi non poteſt ſibi eligere ſepulturam.
- 4. Prædicta doctrina apponitur limitatio.
- 5. Si ſuperior permiſſat religioſo ſubdito ſepulturam eligere, electionem valere, vt verius reſpondetur.
- 6. Sepultura, caſu quo eam licet eligere, cuius expenſis faciendus ſit Breuiter reſpondetur.
- 7. Si religioſus in loco remoto decedat ſepultura non electa, in parochiali, ſub qua deceſſit ſepelendus eſt. Si vero eo in loco monaſterium ſui ordinis aſſit, aduerſus Sanch. & alios ſub diſtinctione reſpondetur, quæ non verſatur circa religioſos Societatis Jeſu.
- 8. Nouitius eligere poteſt ſepulturam, ſi ea non electa decedat, in monaſterio ſepelendus eſt.
- 9. Cuius expenſis nouitius ſepelendus ſit? Spectanda conſuetudo.

Tres ſunt perſonæ religioſæ, de quibus dubitatur, an poſſint eligere ſepulturam. Abbas, Subditus, & Nouitius. Abbas, ſi ſupremus religioſis Prælati ſuæ, ſicutum eſt eligere poſſe ſepulturam; quia habet velle & nolle à religioſo independens. De aliis prælatiſ inferioribus negat Sylueſt. verbo ſepultura, q. 6. & ibi Armilla, n. 6. quia abſolute velle, & nolle non habent, cum illud habeant ab aliis prælatiſ dependens. At Man. Rodrig. t. 3. quaſt. regular. q. 60. art. 1. & Sanchez, aliis relatis, lib. 6. ſum. cap. 14. n. 7. probabilius concedunt quilibet prælato poteſtatem eligendi ſepulturam: quia eo ipſo, quo prælati� eſt, velle, & nolle habet in pertinentibus ad ſuæ ſuorumque diſpoſitionem. Quod ſi dicas habere voluntatem dependentem à ſuperiore prælato, ex volumatæque illius annullari poſſe. Reſpondeo antequam morte confirmetur id verum eſſe, at morte confirmata voluntas nequit annullari, quia non adeſt niſi in effectu, quem obitum. Supradicta procedunt, dummodo verè ſuperior moriatur. Nam ſi officio deſiſto moritur, ceſſat electio antea facta; quia cum tempore prælaturæ forſita non fuerit effectuſ, petiſ illius valent, vt pote perueniens ad tempus in habile, incapaxque electionis: ſic Sanch. & Man. loc. allegatis.

2. Sed an Prælati� eligere ſuis ſubditis ſepulturam poſſit? Affirmat Man. Rodrig. t. 3. qq. regul. q. 60. art. 1. Mouetur, quia pater eligere poteſt filio impuberi ſepulturam: quia in eius eſt poteſtate, ſed religioſus eſt in poteſtate prælati. Ergo prælati� eligere poteſt eſt ſepulturam. Sed contrarium merito defendit Petrus Vvaldis ab ipſo Manuele relatus, quem ſequitur Sanchez dicto c. 14. n. 6. Quia pater non elegit ſepulturam filio impuberi ratione patriæ poteſtatis: aliis & filio puberi eligere poſſet, & vxori maritus contra Text. in cap. licet de ſepul. in 6. cum prædicti filij puberes ſint ſub patriæ poteſtate, & vxor ſub poteſtate mariti, ſed eligit ſepulturam, quia ita eſt conſuetudine receptum vt conſtat ex dicto cap. licet, qualiſ conſuetudo pro religioſis non inuenitur, Dices religioſorum voluntas tranſlata omnino eſt in prælati� voluntatē: ſed hæc tranſlatione ceſſante poſſet quilibet religioſus ſepulturam eligere. Ergo id ipſum poterit prælati� ob prædictam tranſlationem. Reſpondeo negando conſequentiam: quia non tranſfertur voluntas quoad realitatem, ſed quoad ſubiectiōnem iuxta religioſiſ regulas: at in nulla religioſe hæc poteſtas conceſſa eſt prælati� eligendi ſibi ſubditis ſepulturam: quippe eſſet contraria iuri canonica decernenti locum ſepulturæ carentibus electione.

3. De religioſis ſubditis eſt deciſio in cap. de ſin. ſepul. in hæc verba: Religioſi niſi à propriis monaſterii adeo forſitan ſint remoti, quod ad ea cum moriuntur commode portari non poſſunt, neque ſibi cum velle, vel nolle careant ſibi eligere ſepulturam, ſed ſunt apud ſua monaſteria tumulandi. Ex cuius textu� deciſione inferitur religioſum eligere non poſſe ſepulturam, niſi à proprio monaſterio ita remotus ſit, vt nequeat commode ad illud cum moritur, deportari. Neque obſtat ſepulturam concedendam eſſe religioſo eo tempore quo iugo obedientie ſolutus ſit, vt inde inferas eligere poſſe. Nam eſto id locum habeat in muliere vxorata iuxta textum in cap. de vxore, De ſepul. ubi vxorata conceditur ſepultura electio, eo quod electio iſta, vt inquit textus, ad eum poſſus raturum pertineat, in quo mulier ſoluitur à lege viri; non inde inferitur religioſum eligere poſſe; quia vxoris ſubiectio eſt longe diuerſa à religioſi ſubiectioſe, illa enim ſolum habet

locum in his, quæ præiudicare possunt marito, non in aliis; et quæ de causa inuito marito testari potest, & eligere sepulturam; quia in horum dispositione marito non præiudicat. At religiosi subiectio tam præiudicantia prælato, quam non præiudicantia spectat, quia est subiectio plena voluntatis ac proinde religioso non permittitur sepultura electio, bene tamen uxori: sic glossa dicto cap. fin. de sepultur. in 6. ver. sepulturam. Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 1.

4. Hanc tamen doctrinam communiter Doctores limitant ne procedat in religioso ita longè à proprio monasterio decedente, vt nequeat commodè ad illud sepeliendus deportari. Nam eo casu permittitur, vt sepulturam eligere possit, cum propria nequeat ei concedi; colligitur ex dicto cap. Religiosi de Sepultura. in 6. per argumentum à contrario sensu, & tradit glossa ibi in fine. Abbas. a. num. 4. de sepultur. c. cap. nimis iniqua de excessib. prelat. n. 2. per illum text. Syluest. verbo sepultura q. 6. Nauarr. comment. 2. de Regular. n. 43. Man. Rodrig. quest. regular. 1. 3. q. 60. art. 2. vers. aduertendum Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 3.

5. Sed quid si superior permittat religioso subdito eligere sepulturam, erit licita, & valida electio? Videatur non esse, quia textus in dicto cap. religiosi expressè decidit religiosos carere potestate eligendi sepulturam, esseque apud sua monasteria tumulandos, nisi ita remore à proprio monasterio decedant, vt acqueant commodè ad illud deportari. Cum ergo textus sepulturam designet, & potestatem eligendi tollat, solumque in illo casu speciali absentiam concedat, efficitur nec licentiam à prælato concedi posse, vt pote contra legem Pontificiam, nec electionem ex vi illius licitam, validamque esse. Ceterum verius videtur oppositum; posse inquam prælatum licentiam concedere, electionemque inde factam licitam validam esse. Mouetur quia prælatus eligere sibi sepulturam potest, vt dictum est, ergo potest religioso subdito facultatem eligendi concedere. Neque enim maiori potestate secum vri potest, quam cum subditis; si quidem tota potestate dispensandi secum prælato competens ex officio gubernandi subditos prouenit, atque adeo potius cum subditis, quam secum vri illa poterit. Deinde Text. in cap. religiosi ea ratione ducitur ad negandum religioso potestatem eligendi sepulturam, quia vellet, vel nolle caret, hoc est quia caret valutate propria à prælato independente. Quæ ratio solum probat non posse religiosum eligere sepulturam prælato inconsulto, ac non probat ex eius licentia eligere non posse. Nam ea posita & vellet, & nolle habet.

6. Sed cuius expensis hæc subditi sepultura, & prælati sibi sepulturam eligentis facienda est? Respondeo ex illis bonis, quæ ad huiusmodi effectum prælatus applicauerit, quia tam pecunia religiosi, quam bona monasterij suæ dispositioni subdantur. Quod si prælatus non expressis, credendum est eius voluntatem fuisse, vt ex peculo defuncti dictæ expensæ soluantur, quia religio vtilius est. Si autem prælatus, vel religiosus peculio caret, ex boni monasterij soluentæ expensæ sunt. Neque mirum est, quod monasterium eam obligationem habeat; si quidem ea tenetur cum religiosus extra monasterium in loco remoto decedit sepultura non electa. Quia eo casu si religiosus peculio, vel beneficio caret, expensis monasterij sepelitur. vt tradit Man. Rodrig. tom. 3. quest. regular. questio. 60. art. 3. & Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 4.

7. Eo autem casu, quo religiosus in loco remoto decedit sepultura non electa, in parochiali, sub qua decessit, sepeliendus est: sicuti quilibet alius secularis in itinere moriens: tradit Glossa dicto cap. religiosi, de sepultura in 6. & ibi Anchar. Franc. & Dominic. quos refert, & sequitur Sanch. dicto cap. 14. n. 4. Si autem eo in loco monasterium sui ordinis adsit, Syluest. relato Anton. cap. 1. de sepultura verbo sepultura q. 8. vers. secundum, & Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 4. affirmant in eo sepeliendum religiosum esse, & non in parochiali esto transeuerit ibi commoratus fuerit. Et ratio esse potest; quia illud monasterium aliquo modo proprium religiosi est. Ceterum verius censeo in parochiali, sub qua decessit sepeliendum esse, si solum transeuerit ibi exiterit; quia iure firmatum est, si quilibet peregrinus, si ad sepulchra suorum maiorum defertur non potest, in parochiali illius loci, in quo decedit esse sepeliendum, vt tradit Syluest. pluribus relatis supra. At ab hac generali lege non inuenitur exemptus religiosus à proprio monasterio remotus, ergo ibi sicut & alij peregrini, sepeliendus est. Neque obstat ibi adesse monasterium sui ordinis, quia, illud non est proprium, aliàs non posset eligere sepulturam, sed necessitatio apud illud esset tumulandus. Notanter dixi, si solum transeuerit ibi exiterit, nam si in illud monasterium missus fuerit causa perpetuæ residentie, apud illud sepeliendus est; quia est proprium, propriæque religiosi parochia. Atque ita docet Glossa ex communi sententia eo cap. religiosi in casus possessione. Religiosi verò Societatis Iesu, cum nullam Societatis domum singulariter propriam habeant, sed quilibet domus, & collegium proprium cuiusque sit, est in eo loco decedant, ubi domus, vel collegium Societatis est, apud ipsam

Perd. Castro Sam. Mor. Pars 111

sunt sepeliendi, & non in parochiali, nec in cathedrali.

8. Superest dicendum de nouicio quem certum est, eligere posse sepulturam; quia solum religiosi sepultura electio interdicitur, cap. fin. de sepultura. in 6. At nouitius sub nomine religiosi in odiosis non venit. Deinde religiosi sepultura electio prohibetur; quia caret velle, & nolle proprio, quo tamen nouitius gaudet, & ita tenet aliis relatis Sanch. lib. 6. sum. cap. 14. num. 10. At si decedat non electa; in monasterio sepeliendi sunt. Tum quia monasterium est nouitij parochia, & prælatus parochus quoad sacramentorum susceptionem. Ergo etiam quoad sepulturam. Tum quia ita est consuetudine receptum, & priuilegiis religionum firmatum: sic Syluest. verbo sepultura, q. 8. dicto 7. Man. Rodrig. quest. regular. q. 60. art. 2. sine. Sanch. aliis relatis dicto cap. 14. num. 11. Neque ab hoc iure cadit nouitius, vt placuit Syluestro, quamuis voluntatem habuerit redeundi ad saculum; nam dum reipsa non redit, domicilium acquisitum non admittit. Sanch. dicto c. 14. n. 11. sine.

9. Quod si inquiras, cuius expensis nouitius sepeliendus sit? Breuiter respondeo, sepeliendum esse propriis expensis, si proprium habeat, nisi consuetudine introductam sit expensis, monasterij sepeliendum esse. Sanch. dicto cap. 14. num. 12. At si proprio caret, monasterij expensis est sepeliendus, quia illius est membrum, & sub illius obedientia decessit. Quod adeo verum est, vt seclusa consuetudine parentes eius diuites obligari non debeant, eas expensas soluere, vt pote qui ab eorum cura separatus decessit, quamuis reuocabilliter Sanch. lib. 6. sum. c. 14. n. 14.

PUNCTVM XIV.

Quibus pœnis subiciatur Religiosus delinquens à Prælati regularibus puniendus.

S V M M A R I V M.

- 1 Duplex genus pœnarum distinguitur.
- 2 Religiosus delinquens pœnitioni prælati subiectus est.
- 3 Quas pœnas spirituales prælatus regularis imponere possit.
- 4 Abbas, si pœnis spiritualibus coercere moniales non potest.
- 5 Prælato regulari interdicitur subditum delinquentem pœna mortis punire. Idem dicendum est de mutilatione, & verberatione publica.
- 6 An pœna trirremium possit religiosus delinquens à prælato regulari condemnari. Arguitur pro parte negatiua.
- 7 Dicendum est prælati regulares posse hanc pœnam infligere, & soluuntur rationes contrariae.
- 8 Pœnam incarcerationis temporalis, seu perpetuæ, ieiuniorum, & aliarum similium potest Prælatus infligere, & subditus tenetur in se exequi.
- 9 De pœna perpetuæ carceris, & trirremis est difficultas, an obligari sint religiosi eas exequi. Proponitur ratio dubitandi pro parte negatiua, & soluuntur rationes contrariae.
- 10 A sententia affirmatiua, vt potè à communi recedendum non est. Et satisfit rationi dubitandi.
- 11 Si carcer sit ita durus, vt periculum vitæ timeatur, fugere potest.

1. Duplex genus pœnarum distinguere possumus, aliæ sunt pœnæ spirituales, aliæ corporales. Spirituales sunt, excommunicatio, suspensio, interdictum, irregularitas, & inhabilitas ad quæcumque beneficia, iura, & ministeria spiritualia: Corporales sunt quæcumque corporis afflictio, & castigatio, incarcerationio, infamatio, reprobatio, maximè si publica sit, deputatio ad vile ministerium, vel laboriosum &c.

2. Religiosum igitur delinquentem subiectum esse pœnitioni prælati in comperto est apud omnes; quia est pars communitatis religiosæ, quæ potestatem habet subditos delinquentes puniendi, tum ratione dominij ex professione acquisiti, tum ratione iurisdictionis à Pontifice concessæ. Verum est quod potestate dominatiua spectata puniri religiosus graui pœna non potest. Non enim potest morti condemnari neque perpetuo exilio, nec trirremibus aliisque pœnis similibus, quia hæc alienæ sunt à domestica, paternaque gubernatione, quam potestas dominatiua respicit. At spectata iurisdictionis potestate hæc omnes infligi possunt, si absque vlla limitatione iurisdictionis concessa sit.

3. Et quod attinet ad pœnas spirituales quilibet prælatus regularis, etiam localis (nisi consuetudine aut constitutionibus religionis limitatum sit) potest religiosum delinquentem censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti personalis innodare; quia hæc potestatis concessio & correctio delinquentis, illiusque pœnitioni maximè necessaria,

erat.

carcerem, vel tritremis condemnari. Ergo ab eo loco abique licentia prelati recedere non potes. Respondeo negando consequentiam: concedo enim ex voto obedientie te obligatum esse manere, ubi superior iuste iudicaverit; nego tamen iuste iudicare, si iudicet te debere liberè, & abique fugæ potestate in carcere, vel tritremibus manere; bene tamen si iudicet te debere tibi manere detentum nulla resistentiâ factâ.

10. Fateor animum esse propensum in supradictam sententiam: quia opposita communi doctorum calculo firmato est, nolo ab ea recedere: docuit eam Caietan. 2. 2. q. 69. art. 4. in respons. ad secundam conclus. Nauarr. com. 4. de Regular. num. 63. Salcedo tract. cap. 137. vers. sed verum, & vers. imo circa carcerem. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 10. n. 10. Sayro in clavi regia lib. 12. c. 18. num. 9. Mannel quest. regular. 1. 2. q. 22. art. 6. Sanch. lib. 6. c. 8. num. 12. §. 16. Ratio est: quia negari non potest, te obligari posse ex voto obedientiæ: non solum ad sustinendam iustam penam carceris, & tritremis; sed etiam ad eam non fugiendam, cum condemnatus fueris: at sic est præsumendum te obligari velle, cum votum obedientiæ emittis, si quidem ferè omnes Doctores eam tibi obligationem imponunt. Ergo fugere non potes. Et ex his soluitur ratio dubitandi. Nam esto ex præcepto, & lege absolute sumpta obligari non possis ad non fugiendum carcerem asperum, & durum, at ex voto obedientiæ obligari potes quia ita voluisti.

11. Illud vero certius est, si carcer sit ita durus, ut merito periculum vite times, eo quod cibo convenienti ad vitæ sustentationem privatus, vel humi cubare cogaris, vel penè nudus existeres media hyeme, & in loco humido, & frigido, vel aliam ob causam, te posse fugere: quia esto illa pena iusta esset, non est credendum te voto voluisse privari libertate illam fugiendi, si commode possis; cum sit contra inclinationem naturalem, quam homines habent propriam vitam conservandi: sic ex communi sententia testatur Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 10. in fine n. 11. Quod à fortiori procedit, si hoc periculum vite non ex pena imposita per sententiam iustam, sed ex modo illam exequendi proveniret; quia hæc est manifesta iniuria; ac proinde credi non debet te voluisse ad illam sustinendam obligari: sic sustinent Nauar. com. 4. de Regular. n. 64. corol. 7. §. 8. Salcedo præf. c. 137. §. est tamen, Sayro in clavi regia lib. 12. c. 18. n. 10. Sanch. lib. 6. sum. c. 8. n. 14. ubi merito addit idem esse dicendum casu quo sententia re ipsa iniusta sit, esto sit iusta secundum allegata, & probata. Quia eo casu non teneris præcepto superioris obedire, ut potè falsâ præsumptioni ininienti.

PUNCTUM XV.

An religiosus ita obligatus sit superiorum sententiis obedire, ut nullo modo ei permittatur appellatio.

SUMMARIVM.

1. Videtur religiosus esse interdicitum appellatio.
2. Vary casus distinguuntur.
3. Si prelati in infligendis penis iustitia terminos non excedat, appellare non potes: bene tamen querelam, vel supplicationem interponere apud superiorem maiorem.
4. Si prelati terminos iustitiæ in gravibus penis imponendis excedat, licitum tibi est remedium appellationis uti.
5. Hæc tamen appellatio prius ad prelatos domesticos, quam ad Nuntium, vel Pontificem deferenda est.
6. A levi præcepto, ordinariæque correctione non permittitur appellatio.
7. Vi in causis gravibus appellationem interponere possis, debet esse excessus prelati manifestus.
8. Apponitur discrimen inter clericos, & religiosos circa appellationis interpositionem.
9. An eo casu quo potes appellationem interponere, possis (si occasio non suppetit appellandi) ad superiorem maiorem nulla petita ab inferiori licentia iter arripere? Negat Suar.
10. Verius censo oppositum. Et satis rationi à Suar. adductæ.
11. Licet tibi recurrere superiorem suspectam, quando times te iniuste vexaturum.

1. Videtur religiosus omnino interdicitum esse appellationem. Nam in cap. ad nostram, de appellationibus, dicitur: Remedium appellationis non ideo est invenitum, ut alicui à religionis, & ordinis observantiâ exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, & cap. reverentibus, eodem tit. inquit: Statuimus ne subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant, & in fine subditur: præcipue hoc in religiosis volumus observari, ne religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi contra regularem prælati sui, & capituli disciplinam appellare præsumant, sed hu-

Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

militer, ac devotè suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum: idem ferè habetur in cap. licet, de officio ordinarij. Deinde supradicta appellationis denegatio manifestissimis privilegiis à Sede Apostolica religionibus concessis confirmata est, ut constat ex iis, quæ refert Sorbus in compend. privileg. mendicant. verbo appellare, n. 2. §. 3. & habentur in compend. privileg. societatis Iesus verbo appellatio. Quibus privilegiis, & decretis plures religiones adherentes vocem appellationis à se excluderunt, ut habetur in lib. monumenta ordinum concess. 499. & specialiter de ordine prædicatorum tradit Armilla verbo accusatio in fine. Ratio verò, qua credendum est Pontificem motum esse ad denegatum religionis appellationis remedium fuit, ut bono nomini religionis, & specialiter religiosorum quieti, & tranquillitati prospiceret, quæ non leuiter ex concessa appellatione læderetur. Neque obstat appellationem esse naturalem quandam à iure introductam defensionem cap. omnis oppressus 2. q. 6. cap. suggestum de appellationibus. leg. 1. §. de appellationibus. defensionemque naturalem tolli non posse, element. pastoralis de re iudicata ad finem, quominus ad bonum commune religionis non debeat interdici; præcipue cum hoc interdictum liberè à religiosis admittatur professionem emittentibus in religione dictis privilegiis gaudente, eaque constitutiones habente.

2. Cæterum ut distinctè in hæc grauilima questione procedamus, aduertendum est, appellationem interponi posse: eo quod prelati limites iustitiæ excessit in penis imponendis, vel quia intra limites iustitiæ vltus est summo rigore. Deinde potest esse appellatio à pena graui, & infami, qualis esset carcer perpetuus, vel tritremis, vel dita repetita verberatio; vel à pena leui, quæ ob frequens defectus imponitur. His positis.

3. Dico primo, si prelati in infligendis penis iustitiæ terminos non excedit, ne quis ab eius sententia appellare. Quia eo casu non grauat à prelato, sed à tuo delicto, neque tibi prelati vltimam iniuriam inferit summo rigore utens, tamen nullam gratiam faciat: sic Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 9. & supponunt ferè omnes Doctores concedentes appellationem tantummodo ubi est excessus, & grauamen.

Verum etsi in supradicto casu non tibi licitum sit appellare, at querelam, vel supplicationem interponere apud superiorem maiorem, ut ipse ex officio rigorem mitiget, omnino licet; quia per hanc querelam, & supplicationem superioris ius inferioris rigide iudicantis non læditur, cum illum non impediatur ad executionem sententiæ procedere, neque causam ad superiorem maiorem deuoluit: sic Nauarr. lib. 2. consil. tit. de sentent. §. de re iudic. cons. 2. alijs tit. de appell. cons. 5. n. 8. Man. Rodrig. tom. 2. quest. regul. quest. 29. art. 2. Sayro in clavi regia lib. 12. c. 17. n. 38. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. n. 6. §. 9. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 110. fine.

4. Secundo dico, si prelati terminos iustitiæ in grauibus penis imponendis excedat, licitum tibi est remedium appellationis uti, præcipue si per viam querelæ, & supplicationis non reputas satis tibi esse subueniendum; quia eo casu appellatio est remedium necessarium ad propulandum superioris iniuriam, neque credendum est te voluisse in professione huic remedio renunciare. Tum quia ea renunciatio religioni vltis non est, ne prelatorum iniquitatem foueat. Tum quia ex nullo iure, vel privilegio colligitur, hæc enim prohibent appellationem à correctione regulari, non à graui iniuria. Nam ea stante concessum est appellationis remedium, cap. de prioribus appellationibus. ubi grauius iubetur puniri quidam Prior, eo quod appellationi ad Sedem Apostolicam non detulerit: cum omnibus concessum sit ad eadem Apostolicam appellare posse, cap. ad Romanam. 2. quest. 6. Idem constat ex cap. licet de officio ordinarij. & cap. super questionum, de officio delegat. & expressè Cisterciensibus appellatio concessa est in causa denegatæ iustitiæ, aut pro notoria iniuria, uti refertur in compend. privileg. societatis. verbo appellatio §. 2. Et licet fratribus Franciscanis interdicitum sit appellatio ad secularia tribunaia sub excommunicationis pena per Gregor. XIII. in bulla incipiente, quoniam nostro pastoralis, anno 1575. concessa tamen est ad Generalem, & ad protectorem ordinis, & Pontificem. Idemque declarauit sacra Cardinalium cõgregatio anno 1587. & Sixtus V. anno 1588. in bulla incipiente: Ad Romanum spectat Pontificem, prout refert Sorbus in compend. privileg. mendicant. verbo appellare, in suis annotationibus. §. 1. Ergo in huiusmodi casu omnino appellatio concedenda est: atque ita sustinent Nauarr. com. 3. de Regularibus. circa finem num. 91. & lib. 2. consil. tit. de appellationibus. cons. 4. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 11. quest. 7. & 8. Sayro in clavi regia lib. 12. cap. 17. num. 38. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 11. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 110.

5. Hæc tamen appellatio prius est ad prelatos domesticos deferenda, quam ad Nuntium, vel Pontificem; quia religionis honori, non leuiter expedit, si suorum religiosorum cause intra priuatos parietes continentur, neque extra

ſa ſecularia tribunalia prodeant, vt optime docuit Sotus lib. 5. de iuſt. g. 6. art. 3. verſ. at vero, Cordub. Arag. Salon. Sayro, Man. Valen. relati a Sanch. dicto cap. 9. n. 108. Suar. lib. 2. cap. 11. num. 11.

6. Dixi appellacionem poſſe interponi in cauſis grauibus, ſeu cum graues penitentia imponitur: nam a leui precepto, ordinariaque correptione nullatenus cenſeo eſſe permit- tendam ob bonum ipſius religionis, quæ ſine dubio graue no- cumentum inde pareretur; diſciplinaque religioſa facile cor- rueret, cum raro vlla correptione executionis mandati poſſet, tum ob dilaciones, tum ob fraudes, & negociationes, quæ in tali appellacione intercederent: eaque de cauſa cenſeo non tam ex iure poſſit, & priuilegijs religioni conceſſis, quam ex vſu, conſuetudineque recepta in his cauſis appellacionem non admitti; ſed deoſd, ac humiliter ſuſcipiendum eſſe quicquid fuerit inſultum: & ita tradit alijs relatis Sanch. lib. 6. ſum. cap. 9. num. 109. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 11. num. 12.

7. Aduertere tamen debes, vt in cauſis grauibus appella- tionem interponere poſſis, debere exceſſum prælati eſſe ma- niſeſtum: nam dubium excuſare te non poſſet ab executione legis certæ prohibentis appellacionem, quod ſatis indicat text. in cap. ad noſtram, vbi cum corrigat, & caſtiget, & ita tradit Gloſſa ibi, & Couarr. præf. cap. 23. verſ. 6. Suar. alijs relatis dicto cap. 11. n. 10. Sanch. lib. 6. cap. 9. num. 110.

8. Hinc deduces, quid ſpeciale ſit in religioſis potius quam in clericis ſecularibus in materia appellacionis. Clericis in- quam ſecularibus appellatio abſolute conceditur a grauiſſimo in interponendam, iuxta Textum in cap. ſpeciali §. poro de appellacionib. ac religioſis abſolute appellatio interdita eſt, ac proinde ad ſui permiſſionem grauiſſimo indige- rit. Deinde religioſi appellantes exprimerent cauſam appella- tionis, vt teneatur iudex appellacionem deſerre. Nam cum appellatio abſolute illis interdita ſit, & ſolum permiſſa, cum prælatiſ modum excedit, necesse eſt exceſſum exprime- re, vt inde iudici conſtet appellacionem legitimum eſſe; alijs poſſit vt iniquè factam repelle: ſic Abbas cap. ad noſtram n. 9. de appellacionib. & ibi Felin. & in cap. quoad conſolationem n. 20. de ſenten. & re iuſt. Nauar. lib. 2. conſil. tit. de appellat. conſ. 2. alijs r. Sanch. alijs relatis lib. 6. cap. 9. n. 105.

9. Sed inquires; an eo cauſa, quo poſſis appellacionem inter- ponere ob grauiſſimum manifeſtum, poſſis (ſi occaſio non ſuper- petuit appellandi) ad ſuperiorem maiorem nulla perita ab in- feriori licentia iter arripere? Negat Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. c. 11. n. 15. Mouetur ex Trid. ſeſſ. 25. c. 4. prohibente reli- gioſis a ſuis conuentibus recedere etiam prætextu ad ſupe- riores ſuos accedendi, niſi ab eisdem miſſi, aut vocati fuerint. Ergo prohibet conſilium ſupradictum recedendi. Tum quia recellus a monaſterio etiam prætextu accedendi ad ſuperio- rem nulla cauſa vrgente ſemper fuit prohibitus, ſed conſilium alijs quid nouum prohibere intendit, vt indicant illa verba: Nec liceat regularib. Tum quia non ſatis conſilium religio- ſorum vagationi prouideret, ſi hunc recellum non interdiceret. Neque obſtat ex hac prohibitione graue nocumentum religioſo grauat accideri; quia illud ob bonum religionis, ne alijs inquam detur occaſio vagandi tolerare debet. Qua- propter inquit Suar. in foro exteriori, nunquam hic recellus iudicandus eſt licitus. In foro autem conſcientie ſolum quan- do vel magnum commune bonum euidenter periclitaretur, vel extrema neceſſitas immineret alicuius grauiſſimi, & irrepara- bilis nocuenti. Quod raro contingere poſſet. Adde ex hoc futiuo diſceſſu frequenter ſcandalum graue ſequi, quod cui- libet temporali nocumentum præferendum eſt.

10. Nihilominus verius cenſeo, te poſſe in ſupradicto cauſa iter ad ſuperiorem arripere, ſi occaſio non ſuperpetit interponendi appellacionem, vel ſupplicationem, neque ſuperiorem grauiſſimum licentiam prælatiſ conceſſurum; ſic docuit Nauar. tom. 2. de regular. n. 62. & comm. 3. n. 51. ad 4. Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 11. quaſt. 7. Eman. Sa verbo, religio n. 71. Man. Redr. quaſt. regul. tom. 1. quaſt. 30. art. 3. & in ſum. cap. 43. num. 40. Barboſa remiſſion. concil. dicta ſeſſ. 25. cap. 4. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 8. num. 17. Suarez ſibi contrarius tom. 4. lib. 3. de relig. cap. 1. num. 6. Ratio eſt; quia ſi eo cauſa permiſſa eſt verbalis appellatio, etiam permiſſi debet appellatio realis, quæ facta ipſo ſit, iuxta textum in cap. delicti 2. de appellacionib. Neque Concilium ſeſſ. 25. cap. 4. de regularib. credendum eſt hunc progreſſum interdixiſſe; quia interdiceret deſenſionem naturæ debitam, neque item prælatiſ poſſet voluiſſe re aſtringere ad petendam licentiam a ſuperiore grauante, quando moraliter eſt certus petitam non fore conceſſurum; ſed potius timore b' id eſſe amplius grauandum. Neque obſtat niſi nouum prohibere Concilium; ſufficit enim ſi prohibi- tionem antiquam, & non ſatis cognitam renouet. Præter- quam quod eo decreto aliquid nouum inducti, ſcilicet, ne recedant regulares a ſuis conuentibus etiam prætextu acce-

dendi ad ſuperiores, niſi ab eisdem miſſi, vel vocati in ſcriptis ſint; alioquin puniendi ſunt tanquam deſertores in- ſtanti, quod certe antiquo iure cautum non erat. Item ne accedant niſi ob propulſandum iniuriam grauem, & mani- feſtam, quæque alia via commode reparari non poſſet, ſi- cuti diximus de verbalis appellacione: ſic Azor. & Sancha locis citatis. Neque item recedant, ſi ſcandalum, & reli- gionis perturbatio, quæ ex fuga præſumuntur proceſſura, præponderent religioſi detrimento: ſic Sancha dicto cap. 8. num. 17. Suarez utroque loco. His conditionibus poſitis non peccas iter arripiendo ad ſuperiorem; quia non volun- tate, ſed neceſſitate coactus a monaſterio recedis, & ad ſu- perioſiorem pergis. Neque ordinarius te punire poſſet, ſi ſuf- ficienter ex hac legitima occaſione fugiſſe probes, vt bene tradit Nauar. comm. 3. de regular. num. 17. ad 4. Sayro ex cap. 17. num. 40. Man. Rodrig. quaſt. regul. tom. 1. quaſt. 30. art. 4. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 8. num. 18. Suarez dicto tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 1. num. 6.

11. Reuſus inquires, quando tibi licitum ſit reculare ſu- perioſiſ ſuſpectum, & recuſatio admittenda ſit? Breuiter reſpondeo; tibi licere quocies certitudine morali times ſu- perioſiſ grauiſſe, & iniuſte te vexaturum; quia hanc grauiſſe, & iniuſtam vexationem tibi licet appellatio, vt dictum eſt. Ergo licet recuſatio ad vitandam eam grauem, & ini- uſtam vexationem. Eo enim cauſa, quo permiſſum appella- tio, permiſſum antecedit recuſatio, vt colligitur mani- feſte ex textu in cap. ſuper eo el. 2. de appellacionibus per ar- gumentum a contrario: ſic tradunt Abbas cap. cum ſpe- ciali §. poro, num. 3. de appellacionib. & ibi Franc. num. 4. Præpoſito in fine, & alij quos reſert, & ſequitur Sanch. lib. 6. ſum. cap. 8. in fine num. 111.

PUNCTVM XVI.

Qualiter religioſis fuga a religione interdita ſit, Et ſub qua pœna?

SVMMARIVM.

1. Graue peccatum commiſſiſ fugam arripiendo.
2. Duplicitèr a religione fugere poteſ; ſi fugias animo redeundi, eris fugitiuus, ſi eo animo careris, eris apoſtata.
3. Hinc ſententia refragatur Suarez validiſſimis fundamentis.
4. A communi ſententia recedendum non eſt, & ſatis ſun- damentis Suar.
5. Explicatur deſinitio apoſtaſe.
6. An conſentias ſis apoſtata, ſi fugias a tua religione, & aliam ingrediaris: Communis ſententia negat.
7. Oppoſita ſententia ſatis probabilis & verior eſt.
8. Pro fugitiuo quatenus ratio eſt; nulla eſt pœna, nec cenſura ipſo iure lata.
9. Sub vtroque generali recedere, dimiſſio, deſicere a religione fugitiuus non apoſtata comprehenduntur.
10. Auerſus apoſtatas iure communi ſpectato nulle ſunt cen- ſure, nec poene ipſo iure late.
11. Expenditur textus in cap. 2. Ne clerici, vel monachi.
12. Secundo expenditur textus in cap. ſin. de Apoſtat.
13. Tertio expenditur bulla Pij IV. quæ incipit: poſtquam diu- na bonitas.
14. Prælatiſ religioſis capere, & incarcerare, aliſque poenis aſſicere apoſtatas poſeſt, etiam extra proprium terri- torium.

1. Neminè eſt dubium, te graue peccatum committete hanc fugam arripiendo; quia te ſubtrahis a poteſtate prælati, cui obediendo per profeſſionem tradidiſti; ac prohibe peccas tum contra iuſtitiam lædendo ius ſuperioris: tum contra religionem vtorum obedientie tranſgrediendo. Eſt enim ſpecialiter religioſis hæc fuga interdita a Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. de Regul. ibi nec liceat regularibus a ſuis conuentibus recedere. Omitto circumſtantiam ſcandali, quæ ſemper eam fugam comitari ſolet.

2. Duplicitèr autem a religione fugere poteſ. Primo animo, aliquo tempore vagandi, & poſtmodum ad religio- nem redeundi. Secundo animo nunquam redeundi. Si fugias animo redeundi, eſ fugitiuus; at ſi eo animo careris, eris apoſtata: ſic communiter doctores irradunt verbo apoſtata a religione. Caiet. 2. 2. quaſt. 12. art. 1. dub. 2. & ibi Bannez, & Arag. Valent. diſp. 1. quaſt. 12. pun. 1. Leſſius lib. 2. cap. 41. dub. 1. num. 109. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 16. quaſt. 1. Man. Rodrig. quaſt. regul. tom. 1. quaſt. 30. art. 1. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 8. num. 1. & alij apud ipſos. Neque ad hanc fugam, vel apoſtaſiam neceſſaria eſt habitus religioſi dimiſſio. Nam eo receto te a poteſtate prælati ſubtrahere poteſ, fugamque, apoſtaſiam committere: ſic docent Bannez, Arag. Valen. & Man. Rodrig. ſuprà, Sanch. num. 3. Azor. cap. 17. quaſt. 6.



3. Huic communi sententia refragatur Suar. 1. 4. de relig. 1. 8. lib. 3. c. 1. n. 21. & c. 2. n. 14. existimans fugitium esse, qui a religione fugit animo breui tempore redeundi, apostatam vero esse, qui fugit animo extra religionem diu commorandi; quia diuturna commoratio moraliter perpetua censenda est. Probat suam sententiam primò: Quia multi ex antiquioribus indicant sic à religione recedentes esse apostatam, ut patet ex Innocent. Panorm. & aliis in cap. ult. de renunciat. & in cap. intelleximus de error. & qualis. Secundò, quia aliis monachus dimittens habitum animo vagandi, & militandi per aliquot annos, & postmodum ad religionem redeundi, non esset apostata censendus contra communem modum loquendi, & prælatorum sensum, qui hoc tanquam veros apostatas puniunt. Tertiò clericus in sacris, qui dimisso habitu seculariter vivit, verè, & propriè censetur apostata ab ordine; tamen si animum habeat clericalem habitum iterum reassumendi. Ergo idem est in apostasia à Religione, & gratia Dei cadit, simpliciter retrocedit in retrocessio à perfectiori statu. Si igitur in ordine datur vera retrocessio abque animo perpetuatis, etiam in religione concedi debet. Quartò probat, quia ad veram retrocessionem necessarius non est animus nunquam redeundi ad priorem statum. Sed eo ipso, quo vellet cadere à priori statu, & in alium converteri, censetur retrocedere; tamen si animum habeat postmodum redeundi, ut qui recedit à fide absolute est apostata, esto animum habeat ad fidem iterum redeundi, & qui peccat mortaliter, & à gratia Dei cadit, simpliciter retrocedit à via salutis, quamvis eodem tempore animum habeat postmodum penitendi. Ergo intentio nunquam redeundi ad priorem statum non est de ratione apostasie. Ergo in fuga diuturna præcipue cum habitu dimissione coniuncta vera apostasia sita est. Quod si inquiras, quanta debeat esse temporis mora, ut apostasia esse censaris? Responder Suar. d. 1. c. 1. n. 25. prudentis arbitrio æstimandum esse, neque hoc nouum videri debere; si quidem in excommunicatione incurrenda ob dimissionem habitus ad prudentis arbitriū recurritur. Quoties igitur tanto tempore extra potestatem prælati commoratis, ut merito censeri possit permanenter, & stabiliter extra religionem vivere, verè es apostata. Vnde si à principio extra septa monasterij egrediaris animo diu vagandi, vel vagandi quovis aliter tibi expedire iudicaueris, apostata censendus es, & pœnas apostatarum incurris. Pro hac sententia nulli sibi patconū Suar. adducit, at fauet illi D. Anron. 2. p. tit. 12. c. 6. paulo post princ. & 3. p. tit. 16. c. 5. 3. Tab. verb. apof. q. 14. n. 17. & ibi Armill. n. 6.

4. Nihilominus à communi, & frequentissima doctorum sententia exigente ad veram, & propriam apostasiam à religione animum nunquam redeundi ad priorem statum, recedendum non est. Omnes enim DD. fugitium ab apostata distinguunt; at si ex supradictis animo non distinguuntur, non apparet inter eos firma distinctio: præcipue cum omnes supradictæ rationes probent apostatam esse qui à religione fugit animo breui tempore redeundi, sicuti esset apostata à fide eam ad horam relinquens, & à via salutis eo ipso: quo à gratia cadit, & ab ordine, si seculari habitu indutus per aliquot dies incedit. At neque ipse Suarez hoc admittit. Ergo censendum est fugitium esse qui fugit animo reuertendi, apostatam vero qui eo animo caret. Neque obstant rationes in contrarium adductæ. Ad primam concedo aliquando Doctores fugitium apostatam appellare, sed hoc intelligitur largè, & improprie, quod ex eo conuenitur; quia pœnis apostatis impositis negant affici fugitium. Ad secundam admitto te fugientem à religione, diuque in fuga perseverantem reputari apostatam, & tanquam apostatam puniri; quia præsumis animo non reuertendi fugere. At si cum animum habeas in foro conscientia pœnis apostatarum puniendus non es. Ad tertiam concedo apostatam ab ordine esse, si constitutus in sacris habitum clericalem dimittis, & secularium induis tempore sufficienti, ut laicus communiter reputeris. Nam cum habitus in signum clericalis ordinis deportari præcipiatur, si eo te ita denudas abque causa, ut ex communi modo procedendi clericus non reputeris, apostata ab ordine iudicaris; tamen si animum habeas post modum clericalem habitum assumendi. Non sic in apostasia à religioso statu: hæc enim consistit in recessu ab obedientia secundum quod promissa est: cum autem sit promissa in perpetuum, & per totam vitam, non es censendus ab ea apostata simpliciter, & absolute, si animum habeas limitato tantum tempore recedendi, sed solum apostata ex parte incompletè, & secundum quid. Secus est in apostasia ab ordine contingente ex dimissione habitus: nam cum huiusmodi habitus in signum ordinis deferatur, eo dimisso cessat signum absolute & simpliciter, quin opus sit in perpetuum dimitti. Ad quartam, concedo ad veram retrocessionem à fide, & à gratia non esse necessarium animum nunquam reuertendi ad priorem statum: quia fides, & gratia cum non respiciens tempus integrè, & completè unico instanti deperduntur. Ad religiosus status cum respiciat tempus totius vite: si quidem per omni eo obedientiam, & subiectionem promissit censeri non potest integrè, & completè ab eo

Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

retrocedere, si animum habeas eum limitato tempore relinquendi.

5. Notanter dixi hanc apostasiam esse recessum perpetuum à religione, seu religioso statu. Primò, ut excluderem fugientem ab statu qui verè religio non sit; eo quod non sit ut talis per sedem Apostolicam approbatus, tamen tria vota castitatis, paupertatis & obedientia in eo emittantur, sicuti communiter dicitur de Beatis terrij Ordinis D. Francisci, & Domini: nam esto hæc fugientes grauer peccent: quia se subtrahunt ab obedientia promissa, non tamen sunt apostata à religione, quia status ille non est propria religio sic Sanch. lib. 6. sum. c. 8. n. 5. Suar. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 2. n. 6. Secundò, ut comprehenderem fugientes à Societate I. 2. v. post vota biennij, quia verè fugiunt à religioso statu his vocis constituto iuxta definitionem Greg. XIII. in sua constitutione, quæ incipit Ascendite, & tradunt Sanch. & Suarez supra.

6. Sed leue dubium non est: an censendus sit apostata, si fugias à tua religione ingrediendo aliam inualidè; Communis sententia negat; eo quod ex tua voluntate ab statu religioso ut sic non deficias; tamen si deficias ab hoc particulari, & proprio statui habes enim voluntatem non relinquendi absolute statum religiosum, sed commutandi statum vnus religionis in alium. Et licet illa commutatio non fortiaur effectum non impedit, quominus tu haberis voluntatem sub illo statu religioso vivendi. Non igitur ex voluntate à religioso statu recedis. Ergo non es apostata à religione: sic Syluester verbo religio 4. quest. 4. & verbo apostasia, quest. 4. n. 9. & ibidem ferè omnes Summi. Caetan. 2. 2. quest. 12. art. 1. & ibi Aragon. dub. vnic. Bannes dub. 1. concl. 4. Valenz. disp. 1. quest. 12. punct. 1. ad fin. Azor. tom. 1. instr. moral. lib. 12. cap. 17. quest. 7. Man. Rodrig. tom. 1. qq. regul. q. 30. art. 1. Lessius lib. 2. de restit. cap. 41. dub. 13. n. 102. Sanch. aliis relatis, lib. 6. sum. cap. 8. num. 8.

7. Verum est hæc sententia probabilissima fit, oppositam censere satis probabilem, & fortè veriore. Primò, quia si recedas à tua religione aliam inualidè ingrediens verè, & propriè es fugitius, ut ipsemet Sanch. n. 9. concedit, & merito: quia te subtrahis ab obedientia debita, in quo fugitii ratio consistit; argum. leg. 17. ff. de habit. edict. Ergo eris apostata, si recedis animo nunquam reuertendi. Fugitius enim & apostata, ut supra ex communi sententia firmatum est, ex nullo alio capite distinguuntur, nisi quia fugitius recedit à religione solum pro determinato tempore, apostata verò recedit in perpetuum. Secundò in eo recessu recedis omnino à religioso statu; quia à religione, in qua verè es professus, quantum est ex tua parte recedit in perpetuum; & aliam autem non assumis verè, & propriè, sed solum apparet: ergo. Tertiò nequis habere voluntatem commutandi statum prioris religionis cum statu posterioris assumptæ; quia est impossibilis talis commutatio. Ergo solum habes voluntatem discedendi ab statu assumpto; ergo es apostata. Quartò huic sic recedentem Summi Pontifices tanquam verum apostatam puniunt, ut constat ex Bulla Pauli III. incipiente, licet debitum pastoralis officij: ubi postquam inter dixerat transiit à Societate ad aliam religionem (Catholica excepta) concludit, Præpositum generalem punire posse sic egressos, ac alios quoscuque dictæ Societatis apostatas: ubi expendendum est verbum alios similitudinem denotans, & subiungit in quocunque habitu apostatas prædictos contigerit inueniri, posse eos excommunicare, capere, incarcerare, & alias sue disciplina subiacere. Ergo censet Pontifex non excusari ab apostasia ob habitum alterius religionis iniquè, & inualidè assumptum. Idem expressius colligitur ex Bulla Pij V. contra Apostatas Societatis edito anno 1565. incipiente æquum reputamus: ubi transeuntes tanquã apostatas ad suam potestatem reuocare, & c. quasi diceret: hos transeuntes vt pote veros apostatas possunt prælati reuocare non minus quã eos qui à Societate ad sæculum redire voluerunt. Idem colligitur ex Bulla Greg. XIII. incipiente, Dilatate filii, hos transeuntes pœnis apostatarum afficiende. Sunt ergo veri apostatas, & ita tradit Suar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 6. n. 4. & tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. cap. 12. n. 17.

8. Superest dicendum pœnis fugitio, & apostata impositis. Pro fugitio quatenus talis est, nulla est pœna, nec censura ipso iure lata; vt bene expendunt Nauar. com. 2. de regul. num. 61. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 1. num. 10. Nam esto in cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi in 6. fugitiis dimittentibus habitum pœna excommunicationis imponatur, non ob fugam, sed ob dimissionem habitus imponitur. Et idem est de excommunicatione imposita ob accessum ad quavis studia sine licentia superioris, & maioris partis capituli; quia non ob exitum præcis sine licentia, sed ob talem exitum ad studia ferret. Priorem excommunicationem explicuimus, cum de obligatione retinendi habitum locuti sumus. Secundam explicabimus tractat. de excommunicat. ubi de specialibus excommunicationibus non referuatis. Deinde quamuis in extrauaganti. 1. de Regularib. excommunicetur religiosus sine licentia recedens, & vagans, non excommunicatur ipso iure ob recessum, & euagationem.

X. ; sed

sed excommunicatur ob non reditum intra quindecim dies postquam fuerit monitus, ut redeat. Adde ibi sermonem esse de eo, qui egressus fuit animo transiendi ad aliam religionem. Solum de quadam extravaaganti Pauli IV. quæ incipit *postquam divina bonitas*, ubi variæ pœnæ statuuntur aduersus tenerè vagantes extra religionem; dubium esse poterat; an fugitiuos comprehendere; Sed dicendum est solos fugitiuos apostatas comprehendisse: quod satis mihi persuadet ea continua verbi apostasie repetitio, quæ in supradicta Bulla; & in Bulla Pij IV. edita in eius confirmationem, quæ est prima illius in bullario habetur, tum ex præmio ipsarum bullarum, ex quo intentio Pontificis plenè colligenda est, ibi enim protestantur Pontifices se velle contra apostasiam ipsam plenius providere, & quantum in se est de medio tollere, & ita sustinent Sanchez lib. 6. summ. cap. 8. num. 10. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 2. num. 13. An autem ex constitutionibus in fauorem aliquorum religionum editis fugitiui non apostatæ excommunicentur, aliæque pœnas incurrant, non est nostrum definire, sed vnusquisque suas constitutiones examinet.

9. Solum aduerto ex verbo generali recedere, dimittere, deficere à religione non satis colligi fugitiuos non Apostatas comprehendendi, quia ij simpliciter religionem non dimittunt, nec ab ea recedunt, aut desiciunt, sed ad tempus; ac proinde secundum quid, & incompletè, & cum pœnæ extendendæ non sint, sed limitandæ: defectio, dimissionem, & recessum ex hac temporalis fuga contingente non comprehendunt. Quapropter censet Sanchez de voto lib. 6. summ. cap. 7. num. 11. excommunicationem, aliæque pœnas apostatas aduersus recedentes à Societate in Bullis Pauli III. & Pij V. Gregor. XIII. quorum meminit compend. privileg. Societatis, verbo *apostata*, solos fugitiuos apostatas comprehendere, non eos fugitiuos, qui recedunt animo reuertendi; tamen contrarium sentiat Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 2. num. 16.

10. Apostatis verè, si ius commune spectemus, nullæ sunt pœnæ, nec censuræ ipso iure latæ; sic docuit Nauarr. comm. 2. de regul. n. 61. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 1. n. 10. Et 31. colligiturque satis ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 4. de regularib. ubi loquens de iniquè recedentibus à suis conuentibus nullius pœnæ mentionem fecit, sed arbitrio superioris puniendos reliquit. Verum ut hæc veritas apertius innotescat, expendamus textus; qui videntur probare esse aliquas pœnas iure communi latas aduersus apostatas à religione.

11. Primo adducitur text. in cap. 2. ne clericis, vel monachi in 6. ubi ne religiosi vagentur excommunicatio imponitur dimittentibus habitum, ergo si habitum retento vagantur, eandem excommunicationem contrahunt, ut pote qui ledunt finem constitutionis. Sed ut superius dixi hæc excommunicatio non ob vagationem præcisè, sed ob vagationem habitu dimisso imponitur; imò non ob vagationem, sed ob solam habitum dimissionem, ex qua fitur occasio vagandi excommunicatio lata est: & ita tradunt Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 15. n. 109. Suarez tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 6. num. 1. Et 2. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 1. num. 17. Sanchez plures referens, lib. 6. summ. cap. 8. num. 20.

12. Secundò adducitur Text. in cap. fin. de Apostat. ubi recipientes ordinem sacrum in apostasia ab illius executione suspenduntur, quousque à Pontifice dispensentur. Atque ita non cessat hæc suspensio ob reditum ad religionem, sed necessario indiget dispensatione Pontificia. Prohibita autem executione ordinis inferioris, consequenter prohibetur superioris acceptio iuxta regulam deductam ex cap. cum illorum, de sent. excommun. ibi: cum maiora intelligantur prohibita, cui verita sunt minora: & tradit Sanchez aliis relatis, lib. 6. summ. cap. 8. num. 22. Suarez tom. 5. de censur. disp. 33. sect. 6. num. 3. Verum hæc suspensio non est imposita ob crimen apostasie, sed ob crimen recipiendi ordines in eo prauo, & infami statu. Notanter dixi recipientes ordinem sacrum, nam ex receptione minorum ordinum non contrahitur hæc suspensio, quia Textus in cap. ult. de Apostat. expressè de recipiendis ordinem sacrum loquitur, & pœnæ extendendæ non sunt, & licet in cap. ult. 50. distinct. præcipiat Concil. Arelatenf. 2. hos apostatas ad clericatus officium non admitti, ipsi tamen Apostatis nullam pœnam imponis præterquam quod Concilium illud erat provinciale; ac proinde non poterat vltra provinciam præceptum, nec pœnam ferre: & ita sustinent Suarez tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 6. num. 2. Et tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 1. n. 30. Sanch. lib. 6. summ. cap. 8. num. 26. Quod si in apostasia nullus est ordo facer receptus, nulla contrahitur suspensio: sed rediit ad religionem sit habilis apostata ad quoslibet ordines suscipiendos, & exercendos: quia non apostasiam, sed ob receptionem ordinis sacri in apostasia executione ordinis susceptio interdicatur. Suarez dicta sess. 6. num. 3. & tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 1. num. 28. Sanch. cap. 8. num. 29.

13. Tertio adducitur Bulla Pauli IV. cuius supra fecimus

mentionem, in qua Apostatas à religione suspendit Pontifex in perpetuum ab omni Ecclesiastici ordinis executione, & ab omni gradu, ab omnibusque beneficiis obtentis, & eorum fructibus, & eos inhabiles reddit ad quocumque gradus, & beneficia in posterum obtinenda; & admittit Suarez. 1. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 2. n. 12. Et seqq. Sed non caret probabilitate hæc bullam Pauli 4. non esse receptam, teste Sanch. lib. 6. sum. c. 8. n. 30. Alia adducitur, quæ leuia sunt, & nullam difficultatem habent. Ex quibus constat ob crimen apostasie nullam esse pœnam iure communi latam. At speciales religionum constitutiones, & privilegia spectemus, ferè in omnibus religionibus est excommunicatio Pontificis seu Præposito Generali referuata, aliæque pœnæ, & inhabilitates ad officia dicti ordinis.

14. Illud vero est omnino certum, prælatos religionis post dictos apostatas, & fugitiuos capere, & incarcerare, aliisque pœnis afficere, ut respiciant, & cæteris sint in exemplum, iuxta Textum in cap. Nobis in Apostat. Quam capturam non solum in proprio territorio sed etiam extra exercere possunt, quia seruum dominum potest dominus vbiunque possit, & in carcere detinere, remque propriam vsurpam recuperare, sic latè probat Nauarr. comm. 3. de Regularibus n. 30. Præterquam quod cuiuslibet religioni sunt specialia privilegia concessa pro his fugitiuis, & apostatis capiendis & puniendis, ut videri potest, verbo apostata, & fugitiuus, & plura refert Man. Rodrig. r. 1. g. regular. q. 30. arr. 6. Pro Societate Iesv Pius V. concessit, ut possit Præpositus Generalis, aliique superiores recedentes post vota biennij lumnacis, & sine figura iudicii capere, & incarcerare, debitorum panis subire vbiunque sine sine in saculo, sine in aliena religione, inuocato si opus fuerit brachio sæculari, habeat compendi. privileg. verb. apostata, s. 3. & ibi notatur vagantes in aliena religione à solis Provincialibus, & ex eorum licentia capi, & incarcerari posse, vagantes verò in saculo à quocumque superiore.

PUNCTVM XVII.

Quam obligationem habeat religio reuocandi fugitiuos, & apostatas, soluendi que expensas tempore fugæ factas.

SVMMARIVM.

1. Prælati vix excusantur ab obligatione fugitiuos querendi, & ad religionem reducendi.
2. Monasterium tenetur soluere expensas factas in reduciendis religiosi, secus factas in fugitiui sustentationem extra reductionis casum.

NON caret difficultate, an Superiores tenentur hos apostatas, & fugitiuos querere, & inuenire capere, & incarcerare. Quia sæpe ille, qui fugit, est ita religioni noticius, ut merito religio gaudere possit, quod à suis membris vitilibus separatus existat. Non igitur eo calu tenebitur religio fugientem querere, & reuocare. Item religio licet incorrigibile, & scandalolosa à se abicere. Ergo iam abdicatum non tenebitur reuocare. Nihilominus dicendum est religionem, cuiusque prælatos per se obligatos esse fugitiuos querere, & ad religionem reducere, raròque ab hac obligatione excusari: sic Nauarr. comm. 3. de Regular. numer. 30. Ludovic. Mirand. man. prælat. 2. 1. quæst. 51. art. 3. Suarez 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 2. num. 17. Et seqq. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. 13. num. 7. colligiturque ex c. ult. de Regularibus, ubi statuitur, quod Abbates, seu Priores fugitiuos suos, & eiectionis ex ordine annuatim sollicitè requirere debeant. Et quidem si fugitiuus non reparatur ita noxius, ut dignus expulsiōe iudicetur, sine dubio obligatus est prælatos quoad possit illum reuocare, tum ob bonum religionis, ne illo subdito vitii præteritur, tum ob bonum ipsius subditi, ne in statu damnationis existat. Quia hæc omnia prælatos ex officio providere debent. Quod si fugitiuus noticius sit religioni, meritoque debeat ab ea separari, adhuc existimo obligationem esse prælatum capere, & capere pro qualitate culpæ punire, tum in aliorum exemplum, ne ceteri licentiam lumnant fugiendi, tum in bonum subditi, cui fortè ea vexatio dabit intellectum. Tem & præcipue ut autoritate Superioris à religione separatus incedat, & non propria autoritate, libereturque ab statu damnationis. Quapropter ut venè aduertit Suar. loco citato, n. 39. esto à religione statim post capturam esset ille fugitiuus sciendus, obligatus esset prælatos illum reuocare. Verum si fingeretur casus, quo absque graui nota religionis, vel scandalulo non posset prælatos fugitiuum capere, & decoligabitur ad capturam: quia bonum religionis semper præferendum est bono subditi præcipue ex malitia peccantis. Debet tamen si in expedire iudicauerit absolutiōnem ableni fugitiuo mittere, ut sic à peccato fugæ liberetur. Hæc obligatio querendi fugitiuos

& apostatas inest prælati quoties præsumit eos esse inueniendos, cessat quoties nulla adest spes, ac proinde illa diligentia de annali inquisitione, que in cap. ult. de Regularibus, præscribitur non est in vltimo teste Suarez lib. 3. cap. 2. num. 17. Sanchez lib. 6. summ. cap. 9. n. 18. Layman lib. 4. cap. 13. tit. 5. n. 7. Prælati, quibus dicta obligatio competit sunt prælati ordinis, quia ipsi fugitiuus est personaliter subiectus. Episcopi vero tenentur si eorum auxilium à prælati regularibus requiratur. Item si fugitiui in sua diocesi scandalosè procedant. Denique si in eorum captura prælati regulares negligentes fuerint: sic Lud. de Mirand. 1. man. prælat. q. 51. art. 3. Layman li. 4. summ. tract. 5. c. 13. n. 7.

2. Quoad obligationem vero, qua monasterium teneri potest soluendi expensas factas à religioso tempore fugæ. Breuiter respondeo, teneri soluere; quæ factæ sunt pro illius in monasterium reductione; quia in monasterij vtilitatem fuerunt factæ, sicuti teneri dominus expensas factas in reductione seruati ad suam potestatem soluere; & vtpote quæ in sui vtilitatem cedunt. Sanchez lib. 6. summ. cap. 9. n. 22. At expensas factas in fugitiui sustentationem extra calum reductionis nequaquam monasterium soluere tenentur. Quia factæ non sunt in sui vtilitatem: vtilis enim monasterio foret, si nullus ei alimenta ministraret, vt sic fame pressus ad monasterium rediret. Præterquam quod monasterium fungientem religiosum alere non tenetur: sicuti neque maritus uxorem, nec pater filium, cum iniquè eorum consortium fugiunt: & ita traduntur aliis relictis Sanchez dicto ca. 9. n. 21. Ipse vero fugitiuus, si postmodum habuerit aliqua bona sua liberæ dispositioni relicta tenetur ex illis satisfacere his qui sibi non gratis, sed spe solutionis alimenta subministrarunt: vt de se constat, & notat Sanchez supra.

PUNCTVM XVIII.

Quam culpam committant, quamque obligationem contrahant, & quibus pœnis subiciantur cooperantes ad fugam & apostasiam.

SUMMARIVM.

1. Dupliciter cooperari potes, scilicet, vel negatiuè. Explicatur modus cooperandi positiuè, & variis casibus distinguitur.
2. Explicatur modus cooperandi negatiuè.
3. Si vi, vel fraude apostasiam causas, quid facere tenearis.
4. Teneris omnia damna religioni ex tali exitu pronouentia reparare.
5. Si apostasie coopereris absque ulla vi, vel fraude nullam restituendi obligationem contrahis.
6. Opposita sententia probabilior est. Et satis contrariis.
7. Nulla sunt pœna aduersus cooperantes apostasie iure communi lata. Secus spectatis religionum privilegia.

2. **C**um fuga, & apostasia à religione grauissimum crimen sit, si ad illud cooperaris grauissimè delinquis, si enim particeps tanti criminis. Dupliciter autem cooperari potes, positiuè, vel negatiuè. Positiuè cooperaris primò persuadendo religioso exitum. Secundò consulendo. Tertio approbando. Quarto adiuvando. Quintò post exitum fugitiuum recipiendo, occultando, & defendendo. Quocumque ex his modis coopereris, certum est, te grauissimè peccare. Solum aduerto circa postremum modum cooperationis excusari te posse à cooperatione, si fugitiuum recipias, alas, occultes, & defendas non quia talis est: sed quia est amicus, vel consanguineus; vel ob aliam causam. Vt autem agnoscas quando vno, vel alio modo cooperaris, aduerte, an ex tua receptione, sustentatione, occultatione, vel defensione firmetur fugitiuus in apostasia, vel non: si enim firmatur iam cooperaris apostasie. Secus si inde nullam firmitatem, nullamque in peccato maiorem perseverantiam deducit. Hinc potes inferre ex sola domi receptione, & sustentatione fugitiui non satis colligi cooperationem: cum hæc causa amicitia, consanguinitatis, gratitudinis, alteriulve honesti finis fieri possint, & ex alia parte sunt actiones nimis indifferentes, ne per se ad apostasie perseverantiam conducere. Secus esset si pecunias, equum, aliave, vt commodius fugeret, subministrares: quia ea subministratio apostasiam fouet Suarez tom. 4. de relig. tractat. 8. lib. 3. cap. 3. num. 2. Idem ex occultatione deducere potes, si enim fugitiuum occultes aliis à religione, ne ipse, eiusque religio detrimentum honoris pariantur, non est censenda cooperatio. Secus si religiosus sui ordinis, & maxime prælati occultatio fiat, ne ipsum absolutè capiant, & reducant. Dixi absolutè, nam si occultes, ne ea occasione capiatur, sperans postea eum esse reducendum cum minori dedecore, minorique pœna, non videris grauitè delinqueri; & Suarez dicto cap. 3. num. 2. finis. Eodem modo de defensione

ne est dicendum: si enim defendas fugitiuum ab iniuriis, nulla est apostasie cooperatio. Secus si defendas, ne capiatur à suo prælati, vel ab his, qui eius vices gerunt. Neque ab hac defensione violenta excusari potes ex intentione postea illum manifestandi: sicuti diximus de occultatione, quia non est tibi permittum vim inferre religioni vt religioso fugitiuo faueas, non enim faciendæ sunt mala, vt inde eueniant bona.

2. Negatiuè censeris apostasie cooperari, si cum posses impedire, non impedias. Ex duplici capite confurgere potest obligatio impediendi, ex iustitia, & ex charitate. Ex charitate quilibet fidelis obligatus est malum præcipuè spirituale sui proximi aduerrere quoties commodè, hoc est absque suo detrimento potest. Quod si non impediatur, charitati aduerratur. Ex iustitia autem tenetur malum sui proximi auerrere, quia ex officio quod habet, vel ex contractu in eo eam obligationem subiit. Quando igitur ex contractu, vel officio obligationem habes impediendi apostasiam, & non impedis, moraliter censeris illius esse cooperari, secus vero quado solù ex virtute charitatis, esto grauitè pecces nõ impediendo: sed ex communi sententia docet Suarez dicto tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 3. n. 3. Hæc de primo puncto quod culpam.

3. Quoad secundam de obligatione inde confurgente grauissima est quæstio ad quam satisfactionem seu restitutionem teneris, qui ad apostasiam cooperatus est. Sed hæc quæstio proprium sibi vendicat locum tractat, de restitut. ideoque ab ea me breuiter expediam latius tibi examinanda. Igitur si vi & fraude apostasiam causas, teneris in primis à vi, & fraude cessare, & apostatam liberum relinquere, vt ad religionem redeat. Non tamen teneris, nec potes per vim, vel fraudem eum ad monasterium reducere: quia ad hanc violentam reductionem indiges auctoritate publica: cum nemini particulari datum sit vim personæ liberæ inferre. Damna autem, quæ ex hac apostasia violenta, & fraudulenta religioso, & religioni proueniunt reparare teneris: quia sunt per iniuriam, iniustitiamque causata. Hæc tamen damna alia sunt spiritualia, alia temporalia: Spiritualia uoco, quæ sunt circa virtutes, & dona per apostasiam amissa, statimque religiosum, à quo apostata recessit. Temporalia sunt circa honores, & dignitates, aliaque lucra, & emolumenta, quibus religiosus, & religio ob apostasiam priuantur. Si de damnis spiritualibus sermo sit, & obligatio comparatione apostasie spectetur, sufficienter satisfacis, si vim fraudem tollas: quia iis sublati, liber est apostata ad ea recuperanda. Quod si ea recuperare nolit, non tibi, sed apostata illorum carentia tribuenda est. Dices, statum religiosum sæpè apostata non poterit, etsi velit recuperare; quia religio eum non vult admittere; quam ergo obligationem tu violentus, & fraudulenter cooperatos subibis? Respondeo seclusa obligatione temporalium damnorum, de qua statim, te obligatum esse pro viribus insistere, vt à religione recipiatur specialiter declarando non sua voluntate, sed tua vi, vel fraude monasterium reliquisse. Quod si hac declaratione facta & rogatione interposita, adhuc noluerit religio apostatam recipere, cessat tibi obligatio aliquid amplius faciendi: quia non est quid facias, nec tibi imputanda est ea apostata à religione exclusio, sed vel ipsi apostata, vel religioni. Si verò de damnis temporalibus loquamur, qualia sunt infamia, & dedecus ex apostasia proueniencia, debita ab apostata ea occasione contracta, carentia alimentorum, eo quod nollet religio eum admittere, sine dubio teneris hæc omnia quoad possis reparare, quia per iniuriam causa illorum omnium fuit.

4. Quod si obligatio religionis spectetur, cui grauem iniuriam inculisti, religiosum à suo gremio, & potestate, vi, vel fraude extrahendo: non est dubium, te obligatum esse omnia religioni ex tali exitu proueniencia reparare: quia per iniuriam causata sunt; unde teneris restituere lucrum; quod ex industria religioso, vel ex lectione cathedræ religioni proueniret, si vi vel fraude extractus non esset. Quod intelligendum est de omni lucro prouenturo, tempore, quo durat vis, vel fraus: quia toto eo tempore iniuriam religioni inferis, eam lucro inique, & iniuste priuando. Habet enim religio ius ad illud lucrum supposita religioso voluntate legendi, & laborandi, quam habere religiosus præsumitur, dum in religione perseverat. Si ergo tu eum iniuste à religione extrahis, hæc voluntatem iniuste religioni tollis, & consequenter iniuste tollis lucrum ex ea voluntate prouenturum; teneris ergo reparare. Verum si vi, & fraude religioso facta cesses, liberumque illum relinquis ad reditum, ipsa vero religio nolit eum recipere: tamen tu declares non tam voluntate religioso, quam tua vi, & fraude religionem reliquisse, nullam restituendi religioni obligationem habes: quia ipsa restitutionem non admittit. Si autem ipse religiosus nolit ad religionem redire, religioque ipsa parata sit illum recipere, alicui videbitur te obligatum esse restituere omnia lucra religioni prouentura, si religiosus in ea perseveraret: quia per iniustitiam videntur cessare. At vetius censeo te nulla huius restitutionis

tionis obligatione teneri: eo quod religio ad huiusmodi iura iustitiam habeat, nisi supposita religioſi voluntate, quam voluntatem ipse religioſus liberè denegat, nec tu illius perſeuerantis denegationis es cauſa, eſto à principio fueris.

5. Ceterum ſi apoſtaſia coopereris abſque vlla vi, vel fraude religioſo facta, nullam reſtituendi obligationem contrahis religioſo: quia ſcienti, & volenti non fit iniuria. Religioni autem cenſet Suarez tom. 4. de relig. lib. 3. cap. 3. num. 14. & ſeqq. nullam etiam eſſe reſtituendi obligationem. Nam hæc reſtitutio eſſe poteſt vel de perſona religioſi, vel de lucris occaſione religioſi religioni prouentibus. A reſtitutione perſonæ religioſi excuſaris ob impotentiam: hæc enim reſtitutio ſolum fieri poteſt ab ipſomet religioſo liberè ad religionem redeunte. A lucris vero occaſione religioſi prouentibus reſtituendis excuſaris: eo quod ad illa non habebat religioſus ius iuſtitiae, niſi ſuppoſita voluntate religioſi, quam tamen ipſe religioſus liberè denegat nullam tu illi vim inferendo. Quod ſi dicas, religioſum ex iuſtitia teneri voluntatem legendi, & laborandi habere, quoties religioni placuerit, expedienſque eſſe iudicauerit: obſtat, quia religio non poſſidet rationem in ſui commodum, ſicut dominus poſſidet ſeruum, ſed in commodum ipſius religioſi, pro cuius vtilitate religio eſt inſtituta: idèoque religioſus non tenetur ex iuſtitia, ſed ſolum ex obedientia, & religioſe eam voluntatem habere: ergo eam denegans iniuſtus religioſi non eſt, neque vllam reſtituendi obligationem contrahit, ergo neque tu contrahis dictæ denegationi cooperans. Quod adeo verum exiſtimat Suarez dicto cap. 3. num. 18. vt ſi religioſum volentem à religione exite coadiuues vim religioni inferendo, nulla lucta inde religioni ceſſantia tenens ſatisfacere; quia tu illius ceſſationis cauſa iniuſta non es, cum nullam iniuſtitiam adæctus religioſi voluntatem committas, ex qua voluntate, & non aliunde religioni lucta illa prouenire debebat.

6. Nihilominus erit hæc factis probabilia ſunt, probabilis exiſtimo, te obligatum eſſe reſtituere lucta, quæ religioni ceſſant ob religioſi exitum. Quia negari non poteſt religionem ius habere iuſtitia ad retinendum ſecum religioſum ob traditionem ſui, quam in profeſſione religioſus religioni fecit: tradidit enim ſe religioni gubernandum, & regendum, ipſaque religio obligat illum in via domini regere, & gubernare. Ergo religioſus ſe ab hoc regimine contra voluntatem religionis ſubtrahens iniuſtus eſt: quippe ius iuſtitiae religionis lædit: Ergo eandem iniuſtitiam committis huic ſubtractioni cooperando. Ergo damnat inde religioni prouenientia, tam religioſus obedientiam fugiens, quam tu qui ad illius fugam cooperaris, reſtituere debetis. Neque obſtat obligationem non habere ius iuſtitiae ad lucta temporalia, niſi ſuppoſita religioſi voluntate, quominus tam religioſus, quam tu teneamini ea reſtituere, ſi contra voluntatem religionis ceſſent; quia religio ius iuſtitiae habet, vt ea ſibi lucta religioſus acquirat: habet enim ius iuſtitiae regendi, & gubernandi religioſum in his, quæ religioſi ſpirituali ſaluti, & virtutis profeſſui expedientia eſſe iudicauerit: cum ergo religio iudicet expedienſ eſſe religioſo, vt lectioni, cathedrae, aliſque functionibus ſibi vtilibus incumbat, eaque non tam ob ſui temporalem vtilitatem, quam ob ſpiritualem religioſi præcipiat: ſane contra iuſtitiam peccat id regimen fugiens, & ad illius fugam cooperatur. Neque ab hac iniuſtitia excuſat, quod religio non poſſideat religioſum in ſui vtilitatem, ſed in vtilitatem religioſi: quia hoc ſolum probat non poſſe religionem præcipere quæ ſibi temporaliter vtilia ſunt: niſi religioſo præcipere vtiliora ſpiritualiter exiſtant, & ſuppoſita religioſi vtilitate ex iuſtitia præcipit: ac proinde præceptum omittens, & illius omiſſionem cauſans iniuſtus eſt, & reſtituere tenetur. Illud vero certum eſt ex hac reſtitutionis obligatione te obligatum non eſſe religionem ingredi loco illius, quem extraxiſti, eſto illum per vim, & fraudem extraxeris: quia ſtatutis religioſus eſt iura altioris ordinis & diſciplinæ, vt ob nullam cauſam contra voluntatem propriam aſſumendus ſit; ſi enim qui ſeruo fugam perſuaſit: imò qui illum occidit, non tenetur domino ſe in ſeruum tradere, à fortiori non tenetur qui religioſo fugam à religione perſuaſit. Neque item teneris alteri perſuadere religionis ingreſſum, vt ſic damnum religioni ex fugitiui religioſi abſentia compenſes: qui ſtatutis religionis non eſt ob huiusmodi fines aſſumendus, ſed ob propriam cuiuſque perfectionem. Neque item teneris ex alienis bonis ſatisfactionem pro damno à te facto exhibere. Vide Suarez dicto tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 3. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 2. à num. 12. Leſſium lib. 2. de iuſt. cap. 8. dub. 3.

7. De penis verò cooperantium apoſtaſiae nullæ ſunt iure communi late: at ſpectatis particularium religionum priuilegiis eſt excommunicatio reſeruata Pontifici ipſo facto ſuppoſita ab Innocentio IV. Leone X. & Iulio II. vt habetur

in libris Monumenta ordinum, conceſſ. 574. & 691. & in Compend. priuileg. mendicant. verbo apoſtaſia, §. 8. & in Compend. priuileg. Societ. Ieſu. eodem verbo apoſtaſia, §. 3. ibi: per priuilegium conceſſum Minoribus, noſtris ab ordine recedentes niſi poſt mandatum cuiuſvis ſuperioris eidem factum intra octo dies proximos ob obedientiam reciderint, excommunicatioſe late ſententia pernam incurſurunt ſoli Summ. Pontifici reſeruatum, eidemque ſententia ſubiacent omnes qui ſuis auxilium, conſilium, vel fauorem præſtiterint, & §. 4. per priuilegium conceſſum Minoribus ab Innocentio IV. qui retinent noſtros ſine licentia recedentes ipſo facto ſunt excommunicati.

P V N C T V M XIX.

An religioſus profeſſus iuſtè à religione expelli poſſit: & ob quam cauſam.

S V M M A R I V M.

- 1 Plures doctores ſentiunt, non poſſe religioſum profeſſum à religione expelli. Et rationibus probatur.
- 2 Oppoſita ſententia iure, praxi, & ratione firmata reſiſtenda eſt.
- 3 Satisfit rationibus contrariis.
- 4 Doctrina Sylueſtri, & Armilla improbat.
- 5 Quæ ſit legitima cauſa, ob quam poſſit à religione expelli.
- 6 An poſitionem debeat præcedere monitio, & qualis monitio requiratur.
- 7 Monitio regulariter neceſſaria eſt ſpectato iure communi. Secus ſpectatis religionum priuilegiis.
- 8 Quæ ſint graua delicta, ob quæ excludi à religione poſſit, arbitrio ſuperioris relinquuntur.
- 9 An tamen impedimentum quo cognito in religionem non admittitur, ſufficientem cauſam expulſioni præſeſtiffimam aliqui. Contrarium reſoluitur.
- 10 In ſuperiore expellente poſſeſſus requiritur, qualem ſcilicet Generalis ex ſpeciali priuilegio, & ex aua commiſſione prouincialis habet.
- 11 Delictum, quod expulſionem meretur plene probandum eſt iuxta formam iudicariam vniuſcuſque religionis.

NON deſuerunt DD. qui ſentirent non poſſe religioſum profeſſum à religione expelli, ſed debere in carcerem recludi; ibique pro qualitate delicti puniri: ſic docent Abbas, cap. cum ad monaſterium, num. 23. De ſtat. monach. Cardinal. Clemens. 1. §. quia vero, num. 5. q. 1. eod. tit. Graſſi 1. parte. de eſſ. lib. 3. cap. 5. num. 145. & alij relati à Sanchez lib. 6. ſum. cap. 9. num. 2. Quam ſententiam approbant graues Doctores eo caſu quo religioſus expulſionem repugnet alienis eſſe paratum corrigi pernamque debitam ſuſtinere: ſic Sylueſt. verb. religio 6. §. 17. Armilla eodem §. 17. Fundamentum huius ſententiae deſumitur ex cap. fin. de regular. ubi præcipitur prælatiſ vt eiectos, & fugitiuos quarant, & in communem vitam emendant, & caſtigatos reducant: ſi religioſi ſtatuta non obſeruent. Quod ſi huic reductioni ſtatuta repugnent; iubet eos reduci in arcem cuſtodiam inſta monaſterium, vel proximè ad illud; vel ſi hoc fieri non poſſit abſque graui ſcandalo, in aliis eiudem religionis domibus, ibique neceſſaria ſubminiſtrari. Ex qua deſiſſione ſic arguitur: Pontifex præcipit eiectos, & fugitiuos quarere, & ad communem vitam reducere, vel ſaltem ad arcem cuſtodiam, ne in perneciem ſuarum animarum vagentur. Ergo non cenſet à principio permitteſſos eſſe liberè vagari. Quod ſi dicas, illum textum loqui de iniuſte expulſis, vel ex defectu cauſæ, vel ex defectu poteſtatis dimittentis, vel quia in diſmiſſione ordo iudicis leuatus non fuit, quos reducere prælati tenentur, ſicut dixit Nauar. comm. de regular. m. 36. & lib. 3. conſil. 111. de regular. conſ. 51. alias 78. Azor. lib. 11. cap. 16. quaſt. 2. ſine, & cap. 17. quaſt. 2. obſtat, quia textus ſupponit aliquos eiectos non poſſe ſecundum regulam diſciplinam recipi, qui de iniuſte eiectis intelligi non poſſent, hi enim ſecundum regulam diſciplinam recipi debent. Si vero dicas cum Azor. 1. i. i. moral. lib. 2. c. 17. q. 1. & Sanchez lib. 6. ſum. c. 9. m. 8. hunc textum conſeſſe abrogatum eſſe, tamen enim prælati annuatim religioſos fugitiuos, & eiectos quarant, nec reducant, nec repetunt, obſtat; quia fugitiuos velle querunt, reducant, & repetunt, quoties abſque graui religioſiſ iactura fieri poteſt, tamen annuatim non quarant; quia eorum inquisitionem non reputant neceſſariam. Ergo eorum ratione repetere, & reducere debent eiectos, ſi qui ſunt à principio eiecti: id ipſum confirmatur ex cap. impudicus, & cap. ſi quis ſacro 27. quaſt. 1. in quibus textibus impudicus & moniales iubentur in carceres detrudi, neque permiſſum à monaſterio expelli. Ratione vero probatur hæc ſententia.

Primo, quia per professionem sic te tradis religioni, vt nullam ob causam possis eam deserere. Ergo e contra tra religio te debet recipere, vt ob nullam causam te possit a se expellere; contractus enim aequalis esse debet. Secundo, religio obligata est tuo spirituali bono consulere, & ad illum finem delicti punitionem dirigere. At professionis ad religionem, & ab illius regimine, & prouidentia tibi prodesse non potest, cum potius inde occasionem habeas liberius viuendi. Ergo praetati, qui tui spirituales curatores esse debent, non poterunt tua delicta ea via punire. Praeterea quod non aequa videtur ea punio, maxime si ob tuam maistiam sic puniri potes, vt liberius viuas. Tercio, esto in hac expulsiōe non tam bonum expulsi, quam religionis spectetur; non inde inferitur te a religione expelli posse: si enim in carcerem deturdras, & tibi releantur occasiones peccandi, & aliis cessat nouementum, quod ex tua societate provenire poterat, aequē ac si a religione esses expulsus: imo tua punio illis ante oculos continuo propōita prodesse potest, vt in suo munere continentur. Nulla igitur apparet efficax ratio, ob quam debeat a religione expelli, & liberā vagationi dimitti.

2. Nihilominus certissimum est, communice sententia, & praxi omnium religionum firmatum te posse a religione expelli, si religioni uocius es: sic D. Thom. quodlib. 12. art. 1. vlt. Nauarr. comm. 2. de Regularib. n. 33. & lib. 7. consil. tit. de Regular. consil. 50. alias 77. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 16. quæst. 2. Man. Rodr. quæst. regular. 1. 1. quæst. 30. art. 13. Molin. tom. 1. disp. 140. circa finem. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 14. n. 106. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 1. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 4. num. 2. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. c. 13. n. 1. Man. prax. t. 1. quæst. 52. & alij plures apud ipsos. Fundamentum desumitur tum ex iure communi, tum ex vlt. & consuetudine omnium religionum, tum ea ratione naturali. Ex iure communi constat ex cap. cum ad monasterium, de statu Monach. vbi decernitur proprietarium expellendum esse. Neque est verum, quod docet Abbas ibi num. 13. dictum caput correctum esse per textum in cap. fin. de Regularib. Quia hic textus in casu directo loquitur: præcepit enim eiectiones querere, qui ad tempus solum eiectioni sunt; hi enim si transacto tempore non redeant, vt fugitiui sunt, cenlendi. Eaque de causa eos cum fugitiuis textus comparat. Non autem loquitur de eiectione absolutæ, quos non videtur obligata religio querere, etsi possit eos emendatos recipere. Idem traditur in cap. vlt. ordin. tit. ibi: ouem morbidam eieciat ab ouili, ne inficiat sanas oues; & cap. cum in Ecclesiis, de maiorib. & obediēt. ibi: Alioquin de fratribus consortio penitus excludatur & cap. relatum. Ne cleric. vel monachi. ibi: vel si reuertantur ausu temerario eiectionis, &c. Ex vlt. vero, & consuetudine omnium religionum id ipsum manifestum est, quam consuetudinem religiones introduxerunt a suo principio ex facultate sibi à fundatoribus concessa. Nam Bahl. in reg. 2. 8. ex fultus disputatis, & reg. 44. 57. & 61. ex breuiorib. S. Benedictus in sua reg. quæst. 28. & S. August. in sua. cap. 20. & D. Hieron. relatus cap. 19. c. 2. quæst. 3. S. Dominicus D. 1. cap. 19. suarum consil. S. Francisc. in sua reg. cap. 13. S. Ignat. 2. part. consil. cap. 1. 8. i. expressè tradunt membrum putridum relecandum esse, ne corpus contampat, & ouem morbidam à grege expellendam, ne sanas inficiat. Ratione autem probari potest: Quia bonum commune religionis singulari præferendum est; ac bono communi religionis expedit te pranis moribus imbutum, nec corrigi volentem ab aliorum consortio separari, ne alios inficias; recludi autem sub monasterij custodia sæpe fieri non potest, nec expedit. Ergo eo casu licita est expulsio. Præterea religio obligatur te retinere, si tuos mores secundum regulam composueris, secus contra; quia in professione promissisti, & vouisti viuere secundum regulam, & sub ea obligatione te religioni tradidisti, teque religio in se recepit. Ergo si huic obligationi non satisfacias, cessat in religione obligatio te retinendi, ac proinde potest te a se expellere.

3. Neque obstant in contrarium adducta. Ad Textum in cap. fin. de Regularib. constat ex probatione nostræ sententia. Ad confirmationem ex cap. impudicus, & cap. si quis sacro, respondeo ibi solum diet impudicas moniales recludendas esse, non autem negari excludi aliquando posse. Fateor tamen in feminis esse specialiore rationem, quam in viris, ob quam non debent à monasteriis expelli, ne alis inquam detur occasio se incorrigibiles fingendi, vt expulsionem obtineant; cum enim mulieres ex sua conditione libertatem optent, & plurima sint, quæ licet à principio statum religiosum voluntariè suscepunt, postmodum dolent, & quasi coactè sub claustra existat, si credunt inde exire posse, per iniqua media procurabunt. Ne igitur ea eis detur occasio ob nullum eorum quantumuis graue monialis à monasterio expellatur, sed ibi recluditur penitentiam actura. Quapropter concludit Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 6. nullum superiorem Pontifice, vel eius nuntio in consilio posse monialem à monasterio eiecere, tum ob rationem dictam; tum quia est res nona, & iniurata. Ad primam rationem concedo in contractu religiosi cum religione

esse equalitatem, sicut enim tu non potes religionem deserere, si ipsa tuo muneri satisfacit, sic nec religio te expellere potest, si tu promissis steteris. At quia religio tuo muneri nunquam desicit, tu verò sæpe; ea de causa te expellere religio potest, sed non tu religionem deserere. Ad secundam dico, expulsionem non tam fieri in penam expulsi, quam ob bonum aliorum, ne ex eius societate inficiantur. Quocirca si bonum commune obtineri commodè non potest alia via quam expulsionem, esto nocua sit expulsio, neque ipse eam tanquam penam reputet, omittenda non est. Ad tertiam constat ex dictis sæpe non posse sine graui incommodo religiones dycolum religiosum in carcere detineri.

4. Neque probanda est doctrina Syluest. & Armill. vt solum eo casu liceat religiosum expellere, quo ipse expulsionem consentiret, & correctioni repugnaret. Secus vero si repugnaret expulsionem, & paratus esset corrigi. Nam esto hac locum habeant in pena excommunicationis; eo quod sit pena medicinalis in bonum excommunicati ordinata; minime in expulsionem procedant, quæ non tam in bonum ipsius expulsi, quam in bonum aliorum, quibuscum societatem habet, ordinatur. Quocirca si semel, atque iterum de grauib. delictis monitus fuisti, & punitus, quo non obtinere iterum recidis, poteris a religione expelli, quamuis promittas correctionem, paratque penam delicti sustinere; quia non promittis corripendus, sed potius similia committitur. Quod sufficit, vt expellaris, sicuti sufficit in heretico relapso, vt condemnatur morti hæc futuri casus præsumptio. Quia in penis in aliorum bonum impositis non tam spectatur præsens, dispositio delinquentis, quam futurus euentus præsumptus, & damnus, quod inde timetur euentum Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 4. num. 8.

5. Hinc ergo oritur dubium; quæ sit legitima causa, ob quam possis a religione expelli? Et primò dicendum est, debere esse peccatum mortale, graue, & scandalosum. Nam cum hac pena grauissima sit, non potest nisi ob graue delictum imponi, & cum imponatur non tam in bonum delinquentis, quam in bonum aliorum fratrum, & religionis; merito debet esse peccatum scandalosum, hoc est quod possit aliis locis esse nociuum. Neque expectandum est, quod de facto nocens sufficit, si probabiliter timeatur nociturum, nisi releceat, iuxta textum in cap. relecanda, cap. ecce 24. q. 3. & cap. sub illud 45. dist. & tradit Suarez dist. 1. 4. de relig. tract. 8. l. 3. c. 8. n. 9. Deinde debet esse illud peccatum publicum iure, vel facto, neque enim publica, & grauissima pena imponi potest ob delictum, dum secretum est. Non tamen requiritur, quod delictum publicè sit commissum, sufficit si commissum secreto postmodum in iudicium deducatur, ibique sufficenter testibus probetur. Nam ea probatione delictum publicum est iuris notorietate, ac proinde dignum publica pena. Suar. supra.

6. Difficultas autem est, an debeat esse peccatum reincidentie post repetitam à prelato monitionem, & punitionem, an verò sufficiat semel tantum commissum esse? Videtur necessario requiri præcessisse monitionem, imo & punitionem; quia omnia iura aequi de hac expulsionem loquuntur, stylique communis clamat monachos ob solam incorrigibilitatem expelli; at non est cenendus incorrigibilis, quocumque monitus, & pro qualitate delicti punitus reincidat. Ergo præcedere debet monitio, & punitio. Qualis autem monitio requiritur, quæve reincidentia, vt incorrigibilis censetur? Communis sententia docet debere esse reincidentiam post trinam monitionem: sic relato Anton, Abbate, Maiolo, Sayro, Grassis, docet Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. n. 4. & sic pro religione Minorum in ordinationibus generalibus. Tolet. cap. 6. tit. de incorrig. dicitur illum esse incorrigibilem, qui ter conuictus, & punitus de crimine non emendatur. Et in reg. S. Benedicti cap. 58. habetur esse incorrigibilem qui ter deserit religionem post professionem factam. Illud vero est certum ad hanc incorrigibilitatem opus non esse, vt delicta sint eiusdem generis, sufficit si sint eiusdem grauitatis iuxta Textum in cap. vi. fama de sentent. excommunicat. ibi: ad similia vel peiora facile labitur, & docet pluribus relatis Sanch. dicto cap. 9. 4. Si igitur ad expulsionem incorrigibilitas requisita est, nequaquam ob delictum quantumcumque graue expelli poteris, nisi monitus, & punitus sæpius reincideris; & ita tradit D. Th. quodlib. 12. art. vlt. D. Bonauent. in reg. D. Francisci q. 14. Cardin. cap. cum olim de privileg. num. 4. Syluest. verbo relig. 6. quæst. vlt. Armilla ibi num. vlt. Anton, Cucus, lib. 3. instit. moral. tit. 1. num. 139. & num. 139.

7. Fateor hanc frequentem monitionem regulariter necessariam esse, neque religiosum expellendum, nisi supradictis modo incorrigibilis existat. Nego tamen id semper necessarium esse. Potest enim committi delictum ita graue, & scandalosum, vt non possit commodè alia pena puniri, neque alia via scandalo fieri satis, neque honori religionis consuli, nisi expulsionem a religione. Poterit ergo tunc delinquens expelli; quia bonum commune singulari est præferendum. Deinde sunt aliqua delicta, quæ si religiosus semel ausus fuerit

fuert committere, merito præſumi poteſt eadem & grauiora commiſſurus; quo caſu eſt ille religioſus de facto incorrigibilis non fit, quia non fuit correctus; eſt tamen incorrigibilis ex iuris præſumptione. Quando ergo aliqua religionis regula permittit ob aliquod delictum ſemel commiſſum, poſſe eam à religione expelli, ideo eſt, quia præſumit eadem, & ſimilibus commiſſurum; ac proinde eſt incorrigibilem iuris præſumptione; licet non fit de facto, quod videtur ſufficere ad expulſionem. Præterea eſt ſpectato in iure communi incorrigibilitas de facto expulſioni neceſſaria eſſet; at ſpectatis religionum priuilegiis minimè neceſſaria eſt. Sunt enim plura religionum priuilegia concedentia expulſionem pro graui, & atroci delicto, cuius reus ſine magno religionis detrimento non poteſt inter religioſos contineri, vt Leo X. Minoribus conceſſit, & Pius V. religioni, S. Hieron. & Greg. XIII. in bulla incipiente, cum aliis Præpoſito generali Societatis, pro vt referit Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 4. num. 11. atque ita docent Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 16. quaſt. 3. Sanch. lib. 6. ſumm. cap. 9. num. 5. Suar. dicto cap. 4. num. 11.

8. Quæ autem ſunt hæc delicta graua, ob quæ ſemel perpetrata excludi à religione poſſit arbitrio ſuperioris relinquuntur, niſi à regula deſignata ſint. Putare ſane peccatum, quod à ſæculari commiſſum poenam mortis mereret expulſione dignum eſſe; quia raro huius criminis reus abſque nota religionis contineri in religione poteſt.

9. Dabitur tamen doctores an tacuiſſe in profeſſione impedimentum, quo cogitatio nequaquam in religionem admittendus eſſet, præſertim ſufficientem cauſam expulſioni v. g. Si celati te eſſe morbo gallico affectum, vel eſſe ex infecto ſanguine Iudæorum, vel Maurorum deſcendentem, vel eſſe are alieno grauius oppreſſum? Affirmant Nauar. lib. 3. conſult. de Regularib. conſ. 25. aliis 40. Sorb. in compen. priuileg. menſuranc. verbo nouitius, poſt 7. notab. §. 5. principaliter. Vega 2. tom. ſum. cap. 50. caſu 4. Eman. Sâ, verbo religio. num. 34. Sanch. lib. 7. de matrim. diſp. 37. num. 53. Layman. reputat probabile, lib. 4. ſum. tract. 5. cap. 13. num. 1. Mouentur quia per errorem à te iniuſte cauſatum religio tuam profeſſionem acceptauit; & te in ſuam poteſtatem recepit; poterit ego te in poenam delicti commiſſi à te expellere, eſto profeſſionem nequeat tritare. At nullatenus credo ob huiusmodi culpam te poſſe à religione expelli; potes enim alia via ſufficienter puniri, & aliorum ſcandalo, ſi forte fit, fieri facile ſatis; præcipue cum hæc culpa non fit ex illis, ob quas religio notat, & infamiam patitur: creditur cum religionis zelo, & affectu potius quam malitia commiſſam. Non igitur afficiendus eſt hæc grauiſſima poena; & ita tradit Man. Rodr. quaſt. regul. 13. quaſt. 17. art. 9. Sanch. retractans ſententiam lib. 5. ſum. cap. 4. num. 56.

10. Præter cauſam expulſionis requiritur poteſtas in ſuperiore expellente. Quia eſt actus iuriſdictionis grauiſſimus. Hæc poteſtas, ſi ius commune ſpectemus, omnibus ſuperioribus acceptantibus profeſſionem conceditur; quia ipſi ea conditione profeſſionem acceptant, vt obligentur profeſſum ſecuti retinere, dum ſecundum regulam vixerit, quare deficienti profeſſo à regula, poterit ſuperior ex vi profeſſionis illum à ſe eicere. Verum ex ſpecialibus priuilegiis, ſingulariſque religionum conſtitutionibus hæc poteſtas Generali conceſſa eſt, ipſique regulariter referuata; ac proinde Provincialibus non iure ordinario, ſed ex ſpeciali commiſſione competit, vt bene notauit Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 4. num. 19.

11. Qualiter autem Generalis, vel Provincialis procedere debeant in hac grauiſſima cauſa? Breuiter dico delictum plene probandum eſſe iuxta formam iudicariam vniuerſi cuique religionis; ſeruandaque eſſe conditiones ab ea in expulſionis cauſa præſcriptas. Quocirca ſi aliquid ex his omiſſum fuerit, poterit, & debet expulſus appellare: quod maximè facere poteſt, ſi ſuperior careat poteſtate expellendi, vel cauſa expulſionis illegitima præſumatur; interimque religio alere tenetur expulſum, quia plene expulſus non eſt, cum per appellationem executio ſententiæ ſuſpendatur; inſuperque obligatur concedere expenſas neceſſarias ad litem, ſi aliunde expulſus non habeat. Valaſc. conſ. 7. n. 3. tom. 1. Menoch. lib. 1. præſumpt. quaſt. 34. num. 21. Sanch. lib. 6. ſum. cap. 9. num. 8.

P V N C T V M XX.

Qualiter religioſi Societatis ad ſæculum dimitti poſſint.

S V M M A R I V M.

1. Duplex genus religioſorum Societatis IEſV diſtinguitur.
2. In Societate IEſV minor cauſa requiritur, vt religioſus profeſſus expellatur, quam in aliis religionibus.

3. An religioſi non profeſſi expelli poſſint nulla cauſa intercedente? Arguitur pro parte affirmatiua.
4. Verus eſt ſocietatem obligatam eſſe retinere ſcholares approbatos, & coadiutores formatos, dum ſe iuſta cauſa non offerunt.
5. Hanc obligationem contrahit ſocietas non ſolum ex ſuis conſtitutionibus, ſed etiam ex voborum emiſſione.
6. Satisfit rationibus contrariis.
7. Enumerantur cauſa, ob quas Societas religioſus non profeſſus dimittere poſſit, quæ à D. Ignat. ad 4. capita reducantur, & primum, & ſecundum enodantur.
8. Explicatur 3. & 4. caput.
9. Si ex ſibi cauſa dimiſſionem obtineas, apoſtata es, & licet à votis non euades.
10. Si ex cauſis veris, ſcilicet grauib. delictis ſue extorquendi dimiſſionem perpetratu dimiſſionem obtineas, dimiſſio non valet.
11. Si iniquis mediis dimiſſionem extorqueas, obligas ad religionem redire. Et quid circa tu dimiſſionem.
12. Si magna inſtantia, & continua importunatione dimiſſionem extorquens, valet dimiſſio, eſto variè à peccato mortali excuſers.
13. Culpam mortalem committis, ſi mediocrem diligentiam non adhibeas in vitandis culpis; ex quibus præſumit te à religione eiciendum.

1. **D**vplex eſt religioſorum genus in Societate. Alij ſunt religioſi ſimplicibus tantum votis alligati, alij ſolemnibus. Quicunque ex his dimitti poſſunt, ſed diuerſimodè. Nam ligati votis ſimplicibus dimittuntur liberi. Alij vero ſunt votis ligati, ſicut cæterarum religionum profeſſi: ſi habeant 2. p. conſtit. cap. 1. & 2. & in Bulla Greg. XIII. incipiente *Ascendente domino*. Hæc autem diuerſitas, vt conſtat ex dicta bulla natiuitur ex modo diuerſo, quo hæc vota ſimplicia, & ſolemnia emittuntur, & a religione acceptantur. Nam emittentes vota ſimplicia religioni traduntur, quoſque ipſa religio eos retinendos eſſe iudicauerit, quare ſi religio iudicet expediens eſſe eos dimittere, ceſſat eorum obligatio ad vota ob defectum conditionis ſub qua fuerunt emiſſa. At profeſſionem, ſeu ſolemnia vota emittentes non ſub ea conditione emittunt, ſed abſolute, ipſaque religio ſe obligat ad illos ſaltem quoad vinculum, & votorum firmitatem perpetuo retinendos, ac proinde cum illos dimittit, liberos dimittere non poteſt, ſed votis ligatos. Porro hæc dimittendi tam profeſſos, quam non profeſſos penes ſolum Præpoſitum Generalem reſidet, eamque aliquando provincialibus committit reſpectu non profeſſorū, quæ omnia conſtat ex dict. 2. p. conſt.

2. Difficultas ergo eſt, an requiratur cauſa, & quæ hæc fit ad horum expulſionem; Et quidem ad expellendos profeſſos nemini eſt dubium, cauſam grauiſſimam requiri. At cenſeo minorem, quam in aliis religionibus requiri, eo quod in 2. p. conſtit. cap. 2. vbi de cauſis, ob quas tam ſcholares, quam profeſſi poſſunt dimitti (generaliter enim loquitur de omnibus dimittendis, vt conſtat ex finalibus verbis præcedentis, cap. 1.) plures opponuntur, quæ in aliis religionibus inſufficientes eſſe iudicantur: ibi enim vt cauſa ſufficiens expulſionis enumeratur; tacite multoſe impedimentum aliquod graue ſecundarium ex præſcriptis à Societate, cuius taciturnitatem ſuperiori puncto probauimus non præbere aliis religionibus ſufficientem expulſionis cauſam. Præterea Greg. XIII. in bulla quæ incipit *cum aliis*, nulla incorrigibilitatis mentio facta decernit Præpoſitum Generalem dimittere poſſe profeſſos ex cauſis id exigentibus, quæ ſunt omnes illæ, quibuscumque profeſſus non poteſt abſque graui religionis iactura in Societate detineri. Et licet ex his cauſis aliæ etiam religiones ſuos profeſſos dimittere poſſint: at quia Societas ſaluti proximorum perpetuo incumbit, facilius qualibet grauis culpa huius ſui obſtare poteſt. Tum quia de ipſis ſic delinquentibus non ſatis ſedit Societas iterum lapſuros non eſſe, cum inter multa perditionis pericula continuo verſentur. Tum quia nec ſiſt eo fructu, & vtilitate, ac bono Societatis nomine numeri ſuo factiſacturos. Et conſtat optime ex his, quæ de Præpoſito Generali tradit 9. p. conſtit. cap. 4. §. 7. ibi enim ob peccata mortalia in æternum actum prudentia, ac nominatim ob copulam carnalem, vnumerationem cuiuſquam, ex redditibus collegiorum aliquid ad proprios ſumptus allumere, vel cuius extra Societatem donare, vel aliqua ſtabilia bona dormorum, ſi aut collegiorum alienare, vel prætam doctrinam habere: ſi de re ſufficientiſſimè conſtat ſtatuit poſſe Præpoſitum Generalem non ſolum ab officio, ſed etiam à ſocietate, ſi opus fuerit, remoueri. Si igitur Præpoſitus Generalis ob quolibet peccatum ex ſupradictis à ſocietate dimitti poteſt, ſi id ad maiorem Dei gloriam, & vniuerſale bonum Societatis expedire fuerit iudicatum; à fortiori quilibet particularis à ſocietate dimitti poterit. Minorem ergo cauſam Societas ita ſuis profeſſis dimittendis requirit, quam aliæ religiones: ita tradit Suar. 4. de relig. tract. 10. lib. 11. c. 1. & 7. 2. v. g. que in ſumm. 3. 81

3. Si verò de religiosis non professis loquamur, alicui videri posset nullam causam ad horum expulsiōnem saltem validam requiri. Hæc enim requiri poterat vel ex constitutione, & regula, vel ex contractu, quem inire religiosus cum religione per vota simplicia. Si solum ex constitutione, & regula (vt docet Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 61. sine, & num. 64. Ribadeneira cap. 13. in princ. de institut. Societ.) cum nulla constitutio, & regula ad peccatum obliget, nullum Generalis peccatum committeret, si absque causa hos religiosos dimittat. Et esto peccatum aliquod committeret, sicuti committit superior nouitium sine causa à religione expellens, quia tamen constitutio, & regula dimissionem non irritat, tenebit factum, sicut tenet in nouitio sine causa dimisso. Si autem dicas, ex contractu imbibito in vororum simplicium emissionem causam expostulati, eo quod religiosus se tradit religioni obsequiturum, & religio obligatur perpetuò eum secum retinere, nisi causa iusta adit dimissionis, obstat primò, quia nulla esset differentia horum religiosorum à religiosis professis, quos societas obligatur retinere, dum causa iusta dimissionis non adest. Secundo; quia repugnat modo, quem societas seruat in horum vororum admissione: admittit enim nullam in se suscipiendo retentionis obligationem, sed quousque ipsa retinere voluerit & sub ea conditione religiosus vota emittit, ipsique emittenti manifestatur, vt habetur exam. cap. 6. §. 3. litt. A, & cap. 6. §. 1. & 2. & 2. part. constitut. e. 1. litt. A, & §. 5. part. constitut. c. 4. litt. B, & D. Ergo nolente religione religiosum retinere euasceret obligatio, quæ à religionis voluntate dependebat: si enim te in seruum alicui traderes quousque ipse te in seruum habere voluerit, non obinde dominus hanc traditionem acceptans obligatus est te in seruum retinere, sed poterit, cum sibi placuerit te manumittere. Idem est si te traderes obsequiturum Xenodochio, dum prelati illius te retinere iudicauerit, poterit prelati non obstante hac traditione te absque vlla causa à Xenodochio expellere: sed eodem modo te tradis vota simplicia in Societate emittens, vt constat ex locis constitut. adductis, & ex bulla Gregor. X I I. incipiente *Ascendente*, vbi inquit Gregor. quantum est ex parte ipsorum perpetuò, ex parte vero Societatis iuxta Apostolicam quædam, & constitutiones prædictas tamdiu obligati, quamdiu Præpositus Generalis eos in Societate retinendos esse iudicauerit. Ergo nulla causa ex vi huius incorporationis requiritur, vt possis à religione dimitti. Præterea §. p. constitut. cap. 4. & litt. D. dicitur hæc vota in manibus cuiusquam non emitti, neque ea prelatum admittere, sed soli Deo offerri, & non homini. Si igitur religio ex horum vororum acceptatione obligationem haberet secum retinendi religiosum, iam vota non soli Deo, sed homini offerrentur, & in manibus hominis emissa essent, homoque illa admitteret. Ne ergo contra constitutionem procedamus, asserendum est, nullam Societati obligationem esse retinendi ex vororum simplicium emissionem.

5. Nihilominus verius est non solum ex constitutionibus, & regulis, sed etiam ex vororum emissionem obligatam esse Societatem secum retinere scholares Approbatos, & coadiutores firmatos, dum non se offerri iusta causa expulsiōnis: sic docet, & late probat doctissimus Franc. Suar. Societas Iesv deus, & ornamentum t. 4. de relig. tract. 10. lib. 2. c. 9. num. 10. & seq. Et quidem obligatam esse Societatem ex vi suarum constitutionum luce meridiana clarius est. Nam loquens S. Ignatius in exam. gener. cap. 6. in eius declaratione dicit. Non est iniustum (vt patet in literis Apostolicis) si societas libertatem ad eos dimittendos, quando non faciunt, quod debent, retinet. Expendo conditionalem, quando non faciunt quod debent: quasi solum ea conditione stante Societas libertatem habeat: & paulo inferius inquit: Nec id (scilicet) Societate religiosus expellere) sine causis iustissimis fieri debet. cap. 7. §. 1. de scholasticis è Societate dimittendis vel admittendis inquit: Libera tamen manebit societas, nec tenebitur ad eos admittendos ad professionem, nec in coadiutores formatos, si studiorum tempore malè se gererent, adeo vt superior Societatis existimaret Deo gratum non fore, si in eam admitterentur, & tunc ipsi suis votis soluti erunt. Ex quibus verbis constat per argumentum à contrario, si scholares tempore studiorum non malè se gererent, Societatem teneri ad eos admittendos ad professionem, vel in coadiutores formatos, & à fortiori ad eos non expellendos. Deinde expendendo cum Suar. particulam *tunc*, quæ indicat solum eo casu scholares à votis solui posse; quo superior existimaret Deo gratum non fore, si in Societatem admitterentur. Ergo non pro libito solui à votis possunt. Præterea 2. p. constitut. vbi de dimittendis agit varæ præscribuntur causæ dimissionis, quod necessarium non esset, si superior pro libito religiosus expellere posset. Id ipsum expressit Gregor. X I I. in bulla. *Quanto fructuosius*, vbi postquam dixerat non posse scholares absque vicio Apostolicæ Societatem fugere, subiungit. Quamvis rationabili ex causa, iuxta constitutiones eadem ab iplo Præposito Generali dimitti, & votis huiusmodi liberari

possint. Ergo absque rationabili causa non censet Pontifex posse dimitti. Neque his obstat, quod aliis in locis voluntati iudicio, & arbitrio Præpositi Generalis hæc dimissio committatur, quia committitur arbitrio, & iudicio recto, & voluntati ratione regulata, quæ esse non potest absque causa iusta, vt multis allegatis probat Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 13. Sic ergo cerum spectatis Societatis constitutionibus non posse absque iusta & rationabili causa religiosus non professus dimitti.

5. Hinc infero, non solum ex ipsis constitutionibus, sed etiam ex vororum emissionem hanc obligationem habere Societatem. Nam religiosus se tradit religioni, vt ab ipsa retineatur, prout ipsa obligata est sic traditur retinere, at religio ex suis constitutionibus obligata est religiosum retinere, dum non se offert expulsiōnis legitima causa. Ergo religiosus se tradit religioni retinendum, dum non fuerit causa legitima expulsiōnis. Ergo religio hanc traditionem acceptans non poterit absque legitima causa religiosum à se expellere, quod si contra fecerit, nulla erit talis dimissio vtpote facta à non habente potestatem. Quocirca hæc traditio religiosi est longè diuersa ab ea libera traditione, qua te in seruum, & in Xenodochij obsequium tradis, de quibus fit mentio in contraria sententia. Nam religiosi traditio fit sub obligatione, quam habet societas neminem dimittendi absque rationabili causa. Illæ vero traditiones sub nulla obligatione fiunt, cum dominus, & administrator Xenodochij nullam habeant, neque ex tua traditione subire velint. Præterea si societas ex vororum scholarium emissionem, & illorum acceptationem nullam haberet obligationem retinendi religiosum, vix vlla differentia inueniretur inter religiosum, & cum, qui tempore nouitatus, ea vota ex deuotione emittit: si quidem vterque obligatus manet ea vota seruare, & in religione perseuerare, dum religio detinere voluerit ipsa tamen religio obligationem retinendi non suscipit. At negari non potest Societatem specialius obligatam esse ad retinendum religiosum, quam non religiosum? quia religiosus est membrum Societati unitum, ipsique incorporatum, & vt tale à religione susceptum, ergo non pro libito, & absque iusta causa à se expellere poterit, sicut validè expellere potest nouitium vota ex deuotione emittentem.

6. Neque obstant rationes contrariæ, quibus iam ex parte satisfactum est. Ad primam dico esse maximam differentiam inter religiosum professum, & non professum. Nam esto vterque conueniat in eo quod non possint dimitti absque causis; differunt tamen in eo, quod minor causa requiritur ad dimittendum non professum, quam professum. Item differunt in modo dimissionis. Nam professus dimittitur votis ligatus, & non professus à votis absolutus: diuersimodè enim se tradunt religioni retinendos. Nam professus se tradit retinendum à religione perpetuò quoad professionis vinculum, & subiectionem prelati debitam: quoad actualem verò gubernationem, quousque causam nociuam religioni dederit, ipsaque religio eum retinere voluerit non professus se religioni tradit tã quoad vinculum, quam quoad actualem gubernationem, dum ipsa religio rationibus causis ducta retinere iudicauerit. Ad secundam rationem desumptam ex modo, quem societas seruat in non professorum admissionem ex probatione nostræ sententiæ satisfactum est. Ad tertiam fateor locum illum constitutionis difficilem esse, sed ne contrarius sit tum aliis religionum locis, tum bullis summorum Pontificum, cum rationi naturali dicendum est, ea vota scholarium in nullis manibus ferri quoad effectum, & obligationem ea seruandam in suo robore, & firmitate; non tamen quoad effectum acceptationis, ne absque legitima causa soluantur. Alias si societas hæc vota non acceptaret, sicuti nouitij vota ex deuotione emissa non acceptat, nulla necessitas esset faciendi hæc vota coram Præposito Generali, vel illius vices tenente, sed secretò facta eandem inferrent obligationem, eundemque statum religiosum constituerent, quod non est dicendum.

7. Restat explicare causas, ex quibus Societas suos religiosos non professos dimittere possit. Hæc omnes numerantur à sanctissimo Ignatio 2. p. constitut. c. 2. easque ad quatuor capita reducit. Primum est, si grauius diuina maiestas offenderetur ex tui in Societatis retentione: eo quod ita sis perditus moribus, vt incorrigibilis censearis. Ex hoc tamen capite etiam professi in aliis religionibus dimitti possunt. Secundum est, si existimaretur tui in Societate retentionem contra Societatis bonum fore, quia bonum commune singulari est præferendum, statimque S. Ignat. subiungit, quando censenda sit retentio contra Societatis bonum; primò, si in probationum decursu aliqua impedimenta, vel insignes defectus, quos antea in examine tacuisses, detegerentur; quia religioni præstat infidelem, & deceptorum in re magni momenti non retinere. Sed quia contingere potest, vt aliis dicitur ad diuinum obsequium polleas, ministerisque Societatis exequendis apertus sis, prudentiæ superioris relinquatur, an re vera sis dimittendus. Quod si tempore ingressus morbum, quo laborabas, vel dispositionem ad illum detexisti, & sub ea conditione admissus fuisti ad Societatem, vt periculum fieret tuæ sanitatis.

sanitatis, postmodum vero cernitur te non conualescere, nec labore Societatis ferre posse, in posterum, poteris dimitti, quia tibi sub ea conditione admisso nulla irrogatur iniuria, & ex alia parte religioni expedire inuitis ministris non habere. si vero ingressus es in societatem sine ulla conditione, manifestata quidem infirma corporis valetudine, sed spe concepta, quod ad maiora aptus esses futurus, neque esse experimento comprobatur, dimitti quidem poteris; quia cessat conditio, sub qua tacite fuisti admittis, scilicet aptitudo ad res maioris momenti. Verum est hoc ita sit considerandum tamen est num dimitte debeas, necne; Si enim aliquo modo vultis religioni esse potes, ipsæque religio abque suo graui detrimento te retinere potest, credo sine dubio te potius esse retinendum, quam dimitrendum; quia defectus ille est tibi inuoluntarius, & in eo manifestando te fidelem cum religione ostendisti, absolute tamen, vt dixi, dimitte potes, quia euasit conditio, sub qua tacite fuisti admittis 4. part. consilii. cap. 6. N. Sed vt omnis occasio dubitandi tollatur, & hoc negotium maiori cum iustificatione fiat, cautum est ex am. gener. cap. 7. §. 2. si quando studiorum tempore qui maiorem ad ea preparationem animi præ se tulerunt, quam ad aliud in Societate ministerium, ostenderent, ac certum iudicium præberent, vnde Societas, vel eius superior in Domino sentiat eos idoneos non esse, vt in literis proficiant; eo quod ingenio, vel sanitate corporis destituantur, vel aliis defectibus laborent, interrogatur inquam; an patienter se dimitti à Societate, dum ab omni voto, & promissione liberi maneat, sint laturi. At si cum sanis ingressus fueris in obsequio Societatis in agritudinem incidisti, ob quam ministeris Societatis inepit exiltas, nequaquam poteris dimitti, si tu ipse non consentias; quia esto illa causa ex parte Societatis sufficiens sit ad expulsionem; eo quod ipse inutilis sis; impeditur tamen illius executio, dum tu dimissioni contradicis; quia hac contradictione posita dimissio charitatis esset contraria. At si tu dimissioni consentias, vt verè consentire potes; quia existimas extra religionem salutem recuperaturum, vel fortè liberius Deo obsequaturum poteris dimitte, quia cessat impedimentum; ratione cuius illa causa de se sufficiens executioni mandari non poterat: sic declaratum est. decreto 50. alias 39. congreg. 5. n. 3. Deinde subiungit S. Ignat. retentionem esse contra Societatis bonum, si damnum allaturus malo vitæ exemplo iudicaris; ac præcipue si iniquum te ostendas, & verbis, aut actibus offendiculum aliis præbeas; præcipue si ad instabilitatem in vocatione suadeas, vel ad discordiam, vel si quid contra superioris, vel commune Societatis bonum moliaris. Te enim eo casu tolerare charitatis non esset, sed viri contrarij quidem in eo, qui tenetur conseruare quietem, & bonum statum Societatis commissa. Quando autem non tam propter rationem, vel magnitudinem peccati quam ob remouendum offendiculum, quod aliis præbuit, dimitte debes, si aliquo aptus sis, expendit prudentia superioris, an expediat, facultatem tibi dare, vt ad locum alium Societatis valde remotum eandem non egrediendo proficiscaris.

8. Tertium, & quartum caput, ex quo sufficiens causa dimissionis desumitur ad supradictum secundum reduci possunt. Tertium enim est, si tua in Societate perseverantia iudicaretur esse in tui, & Societatis damnum. Quod tam ex parte corporis, quam ex parte animi potest accidere. Ex parte corporis, inquit S. Ignat. accidet, si tempore probationis (hoc est) ante professionem, vel gradum coadiutoris formati deprehendatis morbum, vel debilitatem habere, quocum non posses progredi in laboribus, quos noiter procedendi modus requirit ad Deo in eo seruendum. Sed hæc causa explicanda est iuxta superioris dicta; expendendum enim est, an post vota biennij contraxeris eam infirmitatem, an ante; nam si post, non præstat sufficientem causam dimissioni, nisi contumacia; Si ante, absolute dimitte potes, vel quia malitiose raquisti vel quia sub periculo salutis, vel spe aptitudinis ad res maioris momenti admittis fuisti. Prudentia tamen superioris relinquatur; an te ipsa dimissio expediat, vt notatur 4. p. consilii. cap. 6. in declarat. litt. N. Ex parte rerum animæ, inquit S. Ignat. accidet quando ad probationem professionis admittis, te componere ad vitam sub obedientia, & iuxta modum procedendi Societatis ducendam, non posses, quod nequeas, vel nolis proprium tuum sensum, vel iudicium, infringere, vel propter alia impedimenta, quæ à natura; vel consuetudine permanerent; tunc enim merito esses expellendus, quia aliis cederes in offensionem. Quartum caput, quod est, si tui in Societate retentio cederet in damnum aliorum, qui de Societate non sunt, etiam præstat sufficientem expulsionis causam; quia bono nomini Societatis contradicis ministros suos cum iniuria tertij retinere. Quapropter, si deprehendaris, te vinculo matrimonij, vel seruicij legitime, vel ære alieno magni momenti astrictum esse, expelli debes, & præcipue cum ea tæneris, dum initio examinatus fuisti: ideoque hoc caput ad secundum reduci potest.

9. Illud vero omnino aduertendum duxi, te liberum à

votis non dimitte, sed verè esse apostatam, & apostatam censuris, & pœnis subiicere, si dimissionem obtineas non ex veris, sed ex fictis causis, vt si fingas graues lapsus carnis, grauique alia peccata, vel grauem difficultatem in illis sustentandis ad dimissionem extorquendam. Hæc enim dimissio nulla est eo quod non addit cauta ratione cuius concessa fuisse traditur expressè in congregat. 7. decreto 18. §. 4. & docuit Sanchez lib. 6. sum. c. 9. num. 67.

10. Maior tamen difficultas est, si ex causis quidem veris fuisti, grauib; scilicet delictis ad finem extorquendi dimissionem perpetratis, dimissionem obtineas; an inquam liber euasas; Videtur enim liber euadere, tametsi grauisimè peccaueris; quia societas potestatem habet expellendi eos, qui vel non possunt, vel nolunt suos mores componere, iuxta eius laudabile institutum, vt habetur 2. p. consilii. cap. 4. §. 4. Sed te illa graua delicta committente dimitte societas; eo quod vel non possis, vel nolis corrigere: ergo illa dimissio valida est. Nihilominus tenendum est, eam dimissionem inualidam esse. Quia esto tibi concessa sit occasione illorum delictorum at creduntur illa delicta ex infirmitate, indolente depræuata fuisse commissa, non autem ex industria, & ad finem extorquendi dimissionem. Cum ergo illa delicta ex hoc fine commissa moraliter diuersa sint à delictis ex infirmitate præuata indole committis, & dimissio non fuerit concessa ob ea delicta commissa ex industria; quia nunquam præsumitur sic commissa esse; efficitur sane inuoluntariam esse dimissionem ac proinde nullam; & ita tradidit Congregatio generalis dicto decreto 18. §. 4. Sanchez cap. 9. num. 66. & condidit dicta tract. precedenti de voto disp. 1. p. 17. Post tamen superior tibi dimissionem concedere ex malicia peccatis; hoc solum præbatur ratio dubitandi, at nunquam præsumi potest, nisi clarè exprimat.

11. Sed inquires, quam obligationem habeas his inquis medijs dimissionem extorquens? Certum est, te obligatum esse ad religionem redire; quia nulla fuit dimissio; ac proinde debet apponere media, quæ ad hunc finem iudicaris necessaria fore. Cum ergo primum, & præcipuum sit fraudem detegere, & malitiam commissam declarare, ne præsumas delicta ex mala indole commisisse, neque non esse corrigendum, sine dubio ad fraudis manifestationem teneris. Quod si fraude detecta nollet superior potestatem habens dimitte, & recipiendi, te recipere, eo ipso liber à votis es; quia illa repulsa est tacita dimissio, & præcedens dimissionis ratificatio. Noranter dixi, si te nollet recipere qui potestatem habet dimitte, & recipiendi. Nam si solum habet potestatem recipiendi, non tamen dimitte, vt contingit in Provincialibus Societatis, difficile est, an detecta Provinciali veritate, & ab eo repulsi, liberi maneat à votis; Affirmat Sanchez dict. 6. sum. c. 9. n. 66. sine. Quia cum Provincialis habeat potestatem non admittendi iterum qui à Generali dimissus est, consequenter habet potestatem ratam habendi priorem dimissionem, quando deus admittit, non expedire iudicauerit. At certe hæc doctrina mihi difficilis est. Suppono enim dimissionem factam à Generali, vel Provinciali eius nomine nullam fuisse, vt pote fraude extortam. Suppono deinde Provinciale potestatem non habere dimitte cum qui ex industria, & malitia ad finem extorquendi dimissionem causas apponit. Ex his ergo suppositis manifestè videtur inserti esse sola Provincialis repulsa veritate detecta te liberum à votis non esse quia nequit firmam, & ratam habere dimissionem, quam facere non potest. Neque ex eo quod Provincialis habeat potestatem non admittendi iterum, qui à Generali dimissus est, inferre potes habere potestatem ratam habendi dimissionem nullam à Generali factam; quia aliud est non admittit, aliud dimitte; habet tamen Provincialis potestatem non admittendi dimissum, non tamen ad verè dimitte, qui verè dimissus non est. Adde habere potestatem ad non admittendum dimissum, qui verè dimissus est, secus qui dimissus non est. Hunc enim tenetur admittit eodem modo, ac tenetur fugitiuum; quia verè fugitiuus est. Sed quia Provincialis non tenetur sic expulso assenti media ex industria ad expulsionem apponisse, ideo inualide expulsum iustissime non admittit. Quocirca, vt liber à votis existas Generalem consulere, &que veritatem manifestare debes.

12. Sed quid si magna instantia, & continua importunitate dimissionem extorqueas; Credo validam fore dimissionem, tametsi à peccato mortali raro excuseris. Priorem partem supponit congregatio. VII. supradicto decreto 18. §. 3. quatenus definit cogendos esse alium ordinem ingredi, qui sola importunitate dimissionem extorquet; & rarissime permittendos esse ad facultatem redire. Ratio est; quia illa importunitas, & continua instantia non reddit concessionem simpliciter inuoluntariam, & ex alia parte præstat Societati sufficientem expulsionis causam; societas enim ad sua ministeria excoctis militibus voluntarios, & suo instituto bene affectos expulsum. Quod vero à peccato mortali raro excuseris, perisusulat. Quod vero à peccato mortali raro excuseris, perisusulatur. Quod vero à peccato mortali raro excuseris, perisusulatur. Quod primo ex supradicta congregat. decreto §. 1. ubi statuitur,

ut ij qui dimissionem petunt nulla sufficienti causa ducti, neque Provincialis montis acquiescentes, Provinciales referant propria manu subscriptas causas omnes, quibus dimissionem procurant, quas Provincialis cum conscriptoribus diligenter examinatas ad P. N. Generalem mittere debet, simulque declarabit, quid ipse, & consultores sentiant, Quas si P. N. Generalis non iudicaverit ad dimissionem sufficientes, & idoneas, Provincialis sub obedientia precepto perpetuum silentium eis indicat; eosque si non obtemperent, pro delicti qualitate severè puniat publica etià animadversione, si publica ad alios culpa promanavit, concluditque congregatio. Sciantque tales se in conscientia tuos non esse, sed mortali culpæ subiacere, quando in illa animi obstinatione manent. Ex quibus manifestè colligitur reum esse culpæ mortalis, qui dimissioni insistit ob causas à P. N. Generali ut insufficientes declaratas: quia eo ipso censetur ob solam importunitatem velle sibi dimissionem concedi. Secundo persuadetur ex obligatione à votis inducta: hæc enim est de perseverantia in religione, quantum est ex parte religiosi: at ad obtinendam hanc perseverantiam necessaria est voluntas illius, & ad religionem affectus. Ergo qui hanc voluntatem, & affectum saltem mediocri diligentia non procurat, sed potius sua instantia, & continua importunitate à se remouet, aduersus votum procedit, & ita tradit Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. num. 60.

13. Hinc à fortiori constat te reum esse culpæ mortalis aduersus votorum emissionem, si mediocrem diligentiam non adhibeas in vitandis culpis aliàs leuibus, ex quibus iuste presumere potes fore à Societate expellendum. Nam cum tenearis in religione perseverare vota que perpetuò obseruare, consequenter tenearis ad apponenda mediâ, obstaculæ remouenda, quæ reputantur obseruationi committere necessaria. Sanchez dist. 7. cap. 9. num. 69.

PUNCTVM XXI.

An Religiosus expulsus teneatur ad Religionem redire, reditumque procurare?

SVMMARIVM.

1. Aliqua certa premittuntur.
2. Expulsus ad Religionem rediens non indiget noua professione.
3. Vota que professioni coniuncta sunt, non extingui expulsiōe, sed solum suspendi, ut certum premittitur.
4. An Religiosus per sententiam definitiuam, & perpetuam à Religione expulsus ad eam redire teneatur? Pro parte negatiua proponuntur fundamenta.
5. Opposita sententia verior est.
6. Est facta rationibus contrariis.
7. An eiectus recipiendus sit ad eundem gradum, quo ante expulsiōem erat constitutus quoad solum, locum, suffragia, &c. Affirmat Sanch. sed doctrina Suar. adhibendam est.

In hac questione certum est inualidè expulsum obligatum esse quantum est ex parte sua reditum procurare. Nam cum ex vi votorum teneatur regularem vitam degere, & ab illa obligatione legitime non sit absolutus, debet quantum in se est, illius obseruantiam procurare: sic tenent omnes Doctores in discursu referendi. Secundo certum est expulsum pro limitato tempore, illo transacto ad Religionem redire debere, aliàs erit fugitiuus, vel apostata, cum extra Religionem absque licentia vagetur. Tertio est certum, nullum professum quantumuis per sententiam definitiuam, & perpetuam à Religione expulsum liberum esse à tribus votis substantialibus, castitatis, paupertatis, & obedientiæ: sed omnino his votis ligatum dimitti; tamen eorum obseruantia statui expulsiōis accommodetur. Hæc enim vota ad summum cessare possunt sola dispensatione Pontificis communi, & gratissima causa intercedente, qualis non est, nec debet esse deprauata vita Religiosi, quæ præstat expulsiōni causam, & ita fulminet Nauarr. com. 2. de Regular. n. 34. & seqq. & com. 3. n. 46. Azor. 1. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 16. q. 4. & cap. 37. q. 2. Valq. 1. 2. disp. 165. n. 87. Lessius, lib. 2. c. 41. dub. 1. n. 212. Suar. 1. 5. de censur. disp. 21. sect. 1. num. 20. & 1. 4. de Relig. tract. 5. lib. 3. cap. 6. n. 1. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. n. 27. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 13. quest. 1. & alij plures apud ipsos. Et coniungitur ex cap. fin. de Regular.

2. Hinc deduco, expulsum ad Religionem redeuntem non indigere noua professione; quia à priori non fuit absolutus, sed solum illius executio, & obligatio fuit pro tempore expulsiōis suspensa; sicuti contingit in casu diuorsij cum nocens reuertitur, & reconciliatur, non renouatur vinculum matrimonij, nec renouari potest, tamen redat vltus, qui per diuorsium erat suspensus. Sanch. lib. 6. sum. cap. 9. n. 33. Suar. dist. 7. cap. 5. num. 15. & 16.

Perd. à Castro. Sum. Mor. Pars 1. 11.

3. Quarto certum existimo; omnia illa vota, quæ professioni coniuncta sunt, non extingui expulsiōe, sed solum suspendi illorum obligationem ex defectu materiæ. Sanch. lib. 6. cap. 9. n. 56. Ratio prioris partis est; quia nulla est legitima causa, quare ea vota extinguantur professione, cui annexa sunt, non extincta, ideoque expulsi ad Religionem reuertentes non solent iterum ea vota emittere, sicut nec denuo professionem facere. Quod verò obligatio suspendatur, constat, quia non sunt apti expulsi ad illorum executionem, neque ipsi illa vota emittentes animum habuerunt obligandi ad illorum executionem extra Religionem. Ex quo fit Religiosus B. Mariæ de Mercede expulsus obligari non posse ut ad redimendos captiuos proficiscatur: quia non vouerunt dicte redemptioni incumbere habitu Religionis priuati; sed illo reuocato, & Religioni vniti, & incorporati. Idem est de Religiosis Minimis expulsis, non inquam teneri vitâ quadragesimalem obseruare, quia non videntur eam vitam vouisse, nisi annexam communi, & regulari. Idem de professis à Societate emittentibus votum quartum obediendi Summo Pontifici in missionibus, aliaque vota, qui si à Societate eiciantur, obligari non sunt tempore eiectionis ea obseruare. Quia non presumuntur uoluisse eorum obligationem subire, cum à gremio Religionis sunt separati. Est enim obligatio longè difficilior. Atque ita sustinet Sanchez ad cap. 9. n. 56. & 57. Hæc certa.

4. Dubium tamen est; an Religiosus per sententiam definitiuam, & perpetuam à Religione expulsus teneatur ad reditum; negat Nauarr. com. 2. n. 36. de Regul. & lib. 3. consil. eodem tit. consil. 18. 64. & 80. Man. Rodrig. 1. 1. quest. regul. q. 30. art. 20. Sayro thesaur. casuum. tit. 2. lib. 6. c. 9. n. 26. Azor. 1. 1. lib. 12. c. 16. q. 6. & cap. 27. q. 1. fauetque Textus in cap. fin. de Regular. vbi loquens de fugitiuis, & eiectis requiritendis, solos fugitiuos expressit compellendos esse ad reditum, tacite innuens eiectos compelli non posse: & ita videtur sentire Glossa ibi, & Abbas, n. 2. Ratione verò probatur primò, quia illa sententia de expulsiōe perpetua Religiosi fuit legitima (ut suppono) ergo seruanda est, iuxta leg. Res indicenti. ff. de Reg. iuris. At non seruatur expulso ad Religionem redeunte. Ergo expulsus perpetuò non solum non est obligatus ad reditum, imò nec recipi potest absque dispensatione. Secundo Religio expellens à se Religiosum excurit à se obligationem, quam habet illum retinendi, alendi, & gubernandi, sed hanc remissionem ipse Religiosus acceptat, ergo nequit religio reuocare. Nam ut habetur, leg. qui res, §. ult. ff. de solutionib. in perpetuum sublata obligatio restitui non potest. Tertio expulsus esto emendatus sit, cogere non potest Religionem, ut ipsum in se recipiat, ergo nec ipsum poterit Religio cogere: quia in his æqua debet esse conditio. Quarto, degradatus realiter, & in perpetuum non cogitur redire ad ministeria Ordinis exercenda, ergo nec Religiosus expulsus qui est ab statu Religioso degradatus. Quinò, eadem culpa bis puniri non potest, sed expulsi delictum expulsiōe puniuntur, nequit ergo iterum puniri. At si potest cogi ad Religionis reditum, delictum iterum puniuntur, tum illa coactione, tum rybore quem ex reditu patietur, tum delicti præteriti continua memoria, obiectione, & improperio, tum priuatione priuilegiorum, & honoris antiqui nequit ergo ad reditum obligari.

5. Nihilominus contrariam sententiam veriorē reputo, scilicet eiectum obligatum esse procurare Religionis reditum, & facto redire, quoties Religioni placitum fuerit: sic tradunt alijs relatis Sanch. lib. 6. sum. c. 9. n. 23. & 30. Suar. 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 5. à n. 4. Lessius, lib. 2. de instit. c. 41. dub. 15. n. 111. Layman. lib. 4. sum. tr. 5. c. 13. q. 1. Et videtur conuincit ex dicto cap. fin. de Regular. vbi tam fugitiui, quam eiecti præcipiuntur queri, & ad Religionem reduci; quod nullatenus fieret, nisi supponeret Pontifex fugitiuos, & eiectos obligationem habere redeundi. Neque obstat, cum de compulsiōe ad reditum loquitur solos fugitiuos expressisse, quia forte id solum breuitatis causa fecit, vel certe quia eiecti reditus resistentes fugitiui esse incipiunt. Ratio verò nostræ sententiæ est, quia eiectus verus est, & substantialiter Religiosus, tamen ut membrum putridum à consortio aliorum separatus. Ergo habet obligationem statui Religioso necessariò annexam. At obligatio statui Religioso necessariò annexa, & ab eo inseparabilis est obligatio ad vitam communem, & sub obedientia Prælatorum regularium: quia id est votis promissum ergo eiectus hanc retinet obligationem. Ergo quantum est in se illius executionem procurare debet. Ergo quandoque Religio permiserit sub eius regimine expulsum viuere, ipse obligatus est acceptare.

6. Neque contrariæ rationes vrgent. Ad primam concedo sententiam illam fuisse legitimam, seruandamque esse quoties Religio sibi expedire iudicauerit; quis in fauorem illius lata fuit: ac proinde illam conditionem in se virtualiter imbitur, ut expulso duret, quoties sibi placuerit; sicuti contingit in sententia perpetui diuorsij ob adulterium ab vno coniuge commissum, quæ seruanda est, quousque innocentis placuerit nocentem reuocare, quia in fauorem innocentis lata fuit.

fuit. Alias ſi poſtea ſententiã expulſionis, & diuorij permiſſum non eſt innocentiſ ſ nocentes reuocare, non in eorum ſuorem, ſed potius in diſpendium, & in ſuorem nocentium cederet ſiqui ſem nocentes ex vi illius commodum liberatis, & exemptionem à ſubiectione obtinerent. Ne igitur aduerſam ſententiã expulſionis, & diuorij in ſuorem delinquentium latam eſſe, dicendum eſt, ipſos delinquentes obligatos eſſe ad communem vitam redire, quoties innocentiſ fuerit placitum. Quando autem innocentiſ placet reditus, non mutatur diuorij, & expulſionis ſententiã, ſed omnino ſeruat; quia ſub ea conditione lata fuit. At ſecundum admiſſio, Religionem expulſione facta excutere à ſe obligationem retinendi, alendi, & gubernandi Religioſum non abſolute, ſed dum ipſa expedire iudicauerit. Quare iudicare Religionem expedire reditum expulſi, expulſi redire tenetur. Adde Religionem non poſſe cedere obligationis retinendi Religioſum, illiſque gubernandi, niſi quatenus expediens fuerit, vel ad delictum Religioſi puniendum; vel ad damnum aliorum præcauendum; quia ſub ea obligatione ſe illius obſequio Religioſus tradidit. Ergo ſi Religioſi iudicet delictum Religioſi eſſe ſufficienter puniendum, nullumque aliis ad eſſe damni periculum, obligata eſt Religioſum reuocare. Sed quia raro, vel nunquam tenetur præſumere expulſione temporali puniri, ſufficienter delictum, quod pœna expulſionis perpetua legitime condemnatum eſt; ea de cauſa raro, vel nunquam obligationem habet expulſum admittendi, tamenſi expulſi obligationem habet quantum eſt ex ſe procurandi admiſſionem Suar. 2. 4. de Relig. tr. 8. lib. 3. c. 5. n. 13. Sanch. lib. 6. ſum. c. 9. n. 41. Et ex his ſatiſfactum eſt tertio argumento. Ad quartum nego degradatum obligari non poſſe voluntate Pontificis, vt omnia munera Eccleſiaſtica exerceat, ac ſi degradatus non eſſet. Non enim per degradationem Pontifici poteſtas obligandi degradatum ſubſtata eſt. Secundo reſpondeo, eſſe diuerſam rationem degradati, & expulſi. Nam degradatus non eſt munera Eccleſiaſtica exercere; expulſus ratione voti, & Religioſi ſtatus obligatus eſt vitam ſub Prælatorum obedientia degere. Præterea degradatus priuatur Eccleſiaſtici Ordinis honore, & ſuntinet onerata Religioſus ciecſus pluribus Religionis oneribus liberatur. Non igitur eſt mirum, quod obligationem habeat procurandi reditum, tamenſi degradatus non habeat. Ad quintum nego ex compulſione ad reditum puniſſiſ Religioſi dictum: nã illa compulſio non eſt pœna delicti, ſed effectus ſtatim Religioſum conſequens. Quod verò ex alio reditu expulſus alij qua opprobria ſuſtinet, per accidens eſt, & fructu Religionis compenſatur. Præterquam quod facile illa omnia vitare poterit, ſi ſe humilem, & omnibus inferiorum offendat.

7. Sed inquires qualiter huiusmodi ciecſus recipiendus ſit; an inquam recipiendus ſit ad eum gradum antiquitatis, profeſſionis quoad ſedem, locum, & ſuffragia, reliquaſque prerogatiua, quæ ante ciecſionem habebat; Sanch. lib. 6. ſum. cap. 9. n. 33. affirmat, quia ille gradus honoris profeſſioni acceſſorius eſt; at profeſſio per ciecſionem non eſt extincta. Ergo non debet eſſe extinctus gradus honoris, & acceſſorius, ſed ad ſummum ſuſpenſus ſubdit; tamen Sanch. niſi ob præterita delicta eo gradu per superiores priuatur. Ego verò dicendum exiſtimo cum Suar. 2. 4. de Relig. tr. 8. lib. 3. c. 5. n. 17. eo ipſo quo quis à Religionem expulſus expelli ab omni gradu honoris Religioſi admittit, que poſſe (& regulariter ita eſt) ad Religionem, non tamen ad honoris gradum; quia huiusmodi gradus non eſt ita profeſſioni annexus, quin in pœnam delictorum ſæpè profeſſus eo priuatur, & maxime ciecſus eo priuandus eſt, tum ob eius humilitatem, tum in aliorum exemplum. Aliquando tamen contingere poteſt ciecſum ſigna contritionis, & penitentia ita magna exhibere; vt merito poſſit ad eundem gradum honoris reſtitui, præcipue ſi inde ſperatur alios ciecſos ad penitentiam mouendos eſſe.

PUNCTVM XXII.

An ciecſus à Religionem, ſi in ea non recipiaris, tenearis, vel poſſis aliam Religionem ingredi, vel compelli poſſis ad illius ingreſſum.

SVM MARI VM

1. Obligatus non eſt aliam Religionem ingredi, ſed ſecurè poteſt in ſæculo manere.
2. Prælatiſ te cogere non poteſt abſolute aliam Religionem intrare, bonè tamen ſub conditione.
3. Non poteſt aliam Religionem ingredi, quin prius propria Religionem te patientem, & emendatum offendas. Facta autem hac diligentia quamlibet etiam laxiorem ingredi poteſt. Prior pars conſiſſionis probatur.
4. Vi ciecſus recipi poſſit, debet litteras testimoniales Prouincialis, vel Generalis deſerre. An autem ſi hac conditio deficit, ingreſſus nullus ſit, affirmat Suar. verius eſt oppoſitum.

5. Proponitur obiectio, & ſolutio.
6. Secunda pars conſiſſionis probatur.

1. Dico primo, te obligatum non eſſe aliam Religionem ingredi, ſed ſecurè poſſe in ſæculo manere. Quia ſolum ex profeſſione ſtatim Religioſo quem habes, obligari poterat ille ſtatim ſolum te obligat ad perfeuerandum in Religionem aſſumpta, non tamen ad aliam nouam ſuſcipiendam. Ergo &c. ſic docent Nauar. com. 2. de Regularib. n. 36. Azor. 1. 1. in ſit. moral. lib. 2. cap. 16. queſt. 7. Rodrig. 1. 1. queſt. Regul. 9. 9. n. 29. Leſſius lib. 2. c. 4. dub. 15. num. 111. Sanch. lib. 6. c. 9. n. 34. Suar. 2. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 5. n. 20. Laym. lib. 4. ſum. tract. 7. c. 13. q. 5.

2. Dico ſecundo, neque Prælatiſ te cogere poteſt abſolute aliam Religionem intrare; quia cum ſtatim Religioſus ſit ita perfeuerare, debet eſſe omnino voluntarius: bonè tamen ſub diſiunctione, ſeu conditione te cogere poteſt, ſi te tritribus, vel perpetuo carceri condemnent, niſi Religionem ingreſſus tunc enim Religionis ingreſſus tibi proponitur non vt oneratus, ſed vt beneficium, vt à iuſta pœna libereris ſic Suar. dicti cap. 5. n. 20. & tract. 10. lib. 11. cap. 2. n. 7. Layman. q. 5. Sanch. dicti cap. 9. num. 42. & 43. Ex qua doctrina firmatur praxiſ, qua vitur Societas, cum ſcholaribus approbatiſ penitentibus diſmiſſionem legitima cauſa non allegata. Non enim illam regulariter concedit, niſi ſub conditione ingreſſus in aliam Religionem, vt habetur Congregat. 7. decret. 18. §. 3. Quam conditionem ſi diſmiſſi exequi tenentur, ſi minus ad Societatem redire debent. Neque hæc dicebda eſt compulſio ad Religionem, ſed optio alterius Religionis oblata, vt propria tibi permiſſa deſerere, Sanch. dicti c. 9. n. 43. Layman. dicti lib. 4. tract. 5. c. 13. queſt. 5. ſino.

3. Dico tertio, non poteſt aliam Religionem ingredi ſue laxiorem, ſue æqualem, ſue ſtrictiorem, quam tamen ſecula expulſio ingredi non poſſes, quin prius propria Religionem te patientem, & emendatum offendas, ita vt illi conſentire non ſtare, quominus ad illam redeas. Facta autem hac diligentia quamlibet laxiorem ingredi poteſt: Sic Sanch. lib. 6. ſum. cap. 9. num. 36. & ſeqq. Priorum partem probos; quia non poteſt maiorem libertatem, & poteſtatem habere tranſeundi ad aliam Religionem, quam reliqui profeſſi tue Religionis non electi, niſi quatenus obtrine non poteſt, vt in propria Religionem, & ſub illius regimine viuas; quia ad hanc vitam ex profeſſione obligatus eſt, eamque deſerere non poteſt etiam ob alterius Religionis tranſitum. Ego quoque tibi conſentire non poſſe propria Religionem reditum obtrine, nequis ad aliam tranſire. Et conſentiri poteſt ex priuilegio conſeſſo ab Innocent. IV. Minoribus, quod referretur in lib. Monum. ordin. conſeſſ. 162. vt ciecſi illius Ordinis poſſint tranſire ad alios Ordines approbatos, eo ipſo, quo electi ſunt nulla alia requiſita licentia, vt huiusmodi tranſitu permiſſo alia maiora mala vitentur; ſi enim ciecſi per ſe poſſunt quamlibet Religionem ingredi, nulla eſt huiusmodi priuilegij neceſſitas. Pro cuius explicatione aduerte tibi excipi Religionem militares, quoad partem, qua continent milites arma portantes, in quas non permiſſum tunc ingredi, ſecus quoad partem, qua continent ciecſicos vitam communem degentes.

4. Debet tamen tibi ciecſi litteras testimoniales Prouincialis, vel Generalis deſerre, nec aliter recipi poſſunt fine licentia ſedis Apoſtolicæ. An autem huius conditionis defectus annullat ingreſſum, ſicut eſt nullus ingreſſus illius non electi affirmat Man. Rodrig. tom. 1. queſt. regular. 9. 30. art. 21. ſine. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 5. num. 19. Sed verius negat idem, Man. 2. tom. ſum. cap. 6. num. 11. & Sanch. lib. 6. ſum. cap. 9. num. 39. quia nullum eſt verbum in dicto priuilegio indicans ſupradictas testimoniales litteras requiri vt formam, & ex neceſſitate ingreſſus, ſed ſolum ex præcepto, vt ingreſſus conuenienti modo ſit manifeſtato ſuperioribus ſtatim ingredientis. Deinde in Societate Ieſu eſt priuilegium conſeſſum à Greg. XIII. in Bulla incipiente cum alias in quo priuilegio cæteræ Religiones non communicant, vt profeſſus ex illa ciecſus poſſit ex Præpoſiti Generalis licentia quamlibet Religionem etiam laxiorem ingredi. Ergo ſiquam eſt ciecſiſ hunc tranſitum non eſſe per ſe licitum.

5. Quod ſi dicas cum Suar. 1. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 5. num. 18. id verum eſſe reſpectu Religionis laxioris, quia in illius aſſumptione minus ſtatim perfectionis, quem profeſſus eſt, quod tibi permiſſi non debet, ſicuti non permiſſum manere in ſæculo, ſi ad Religionem, à qua ciecſus eſt, redire poſſis, non tamen id eſſe verum reſpectu Religionis ſtrictioris, vel æqualis, quia eo calu nec tue Religionis facis inuſtitiam, cum ipla te expulſerit, nec ſtatim Religioſo; cum æqualem accipias; obſtat, quia dum non probas per te non ſtare reditum ad propriam Religionem, cenſetur Religioſo te expellere; quia impenitentem, & incorrectum eſt. Cum igitur tenearis te penitentem, & correctum offendere, vt ipſa tuo iure vi poſſis, ſi nequam hanc diligentiam præmitas, aliam Religionem ingrediſ, in iuſtitiam committis aduerſus propriam Religio-

nem sicuti committeret non eiectus transiens sine legitima facultate.

6. Secunda verò pars conclusionis, scilicet quod possit quamlibet Religionem etiam laxiorem ingredi, postquam ostendisti per te non stare reditum ad propriam Religionem, est manifesta. Nam si facta hac diligentia in seculo manere ruto, potes, cur non Religionem ingredi? Non enim verisimile est posse Religionum eiectum obligare, ne sibi de statu perfectionis consulat, cum ei permittum non sit vivere in eo in quo professus est.

PUNCTUM XXIII.

An Religiosus expulsus, cui non permittitur reditus ad propriam Religionem, teneatur ad obseruantiam Regulae?

SUMMARIUM.

- 1. Proponitur ratio dubitandi pro parte affirmatiua.
- 2. A Religione expulsus obligatus est seruare castitatem eodem modo ac si expulsus non esset, non autè paupertatem.
- 3. Veritur triplex difficultas circa obedientiam votum.
- 4. Graues Doctores sentiunt expulsos à voto obedientiam eximi.
- 5. Verius est expulsos sub obedientia Praelatorum regularium aliquo modo esse sub Episcopi potestate simpliciter, sub Pontifice efficacius.
- 6. Religiosus expulsus obligatus est se Episcopo manifestare.
- 7. Prima difficultati n. 3. adduntur sic satis.
- 8. Dilatur secundum.
- 9. Respondetur tertia.
- 10. Expulsus non tenetur, neque per se obligari potest ad ieiunia, austeritates, penitentias, &c. praescripta à regula sua Religionis etiam sub peccato obligant.
- 11. Expulsus, qui clericus non sit, obligatus non est ad horas canonicas recitandas.
- 12. Non est obligatus habitum suae Religionis deserere, bene tamen cogi poterit, ut honestum deserat.

Superius diximus quemlibet Professum quomodoque substantiabilibus Religionis abstrictum esse, quia expulsio non est votorum dispensatio, & absolutio, sed separatio actualis à communi vita, & Religionis regimine. Ex quo oritur ratio dubitandi. Si igitur expulsus verè Religiosus est, vortique substantiabilibus abstrictus obligationem habebit seruandi castitatem, paupertatem, & obedientiam. Quomodo ergo haec obligatio compari potest cum libera bonorum administratione, exemptioneque à Praelatorum regularium obedientia? Deinde si statum Religiosum, quem professus est, retinet, obligabitur perfectionem querere mediis ab eo statum praescriptis, & consequenter obligabitur ieiunia, & austeritates Religionis sustinere, orationesque designatas fundere, sicuti ceteri Religiosi.

2. In hac re quoad obligationem ortam ex votis substantiabilibus dicendum est, te à religione expulsum obligatum esse seruare castitatem eodem modo, ac si expulsus non esses. Nam cum materia huius voti sit abstinentia à licito & illicito concubitu, omnique re venerea, & haec non pendat ab hoc, vel illo statu, integrè seruanda est in statu expulsionis. At votum paupertatis seruare debes iuxta exigentiam status, in quo es constitutus. Cum autè status ille expulsionis non exigat te dominium vilius rei habere, sed solum vnum, & liberam acquisitionum administrationem, Religio te expellens eum vsum, eamque administrationem tibi concedit, vel potius Religionem expellente Pontifex iure ipso, & consuetudine introducta, eum liberum vsum, & administrationem permittit, modo non sit in praesens vsum, neque via testamenti, vt latius diximus, *disput. praecedenti punct. 9.*

3. De voto obedientiae est grauis difficultas, cui Praelato extendendum sit? Non enim obedientiam debes regularibus Praelatis. Tùm quia ipsi te eiecerunt à sua potestate, & dominio. Tùm quia illis obedientiam promissisti sub tacita conditione, & pacto, quod te alerent, & gubernarent, & sub communi vita degere permitterent. Episcopo autem nullam obedientiam promissisti, si tua Religio ab Episcopi potestate exempta est. Si verò exempta non est, Episcopo promissisti obedientiam, sicuti aliis regularibus Praelatis, scilicet in statu vitae communis Religiosus, non extra. Quare expulsus à Religionem, à dominio, & potestate omnium Praelatorum illius manes expulsus, & consequenter à dominio & potestate Episcopi. Et haec ratio probat neque te esse sub obedientia Pontificis, quatenus supremus est Religio Praelatis. Praeterea difficile est explicari cui Episcopo obedientia debeat, an Episcopo originis, au domicilij, an habitationis, & in qua materia obediendum sit? Non igitur apparet comparationem cuius Praelati obedientia exerceri debeat, quae in *Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.*

suo intrinseco conceptu aliquem Praelatum, & subiectionem ad illum spectat.

4. Propter haec graues Doctores dixerunt expulsos eximi à voto obedientiae, non quia in eo dispensati sunt, sed quia deficiit materia, circa quam veretur; ac proinde eius obligationem suspendi: sic Molin. *1. de iustit. disp. 140. circa finem*, §. quoad votum, & *t. 2. disp. 276. §. quoad ceteros*, Man. Rodriguez *quest. Regul. t. 1. q. 30. art. 19. Lessius lib. 2. cap. 41. in fine*. Sanchez lib. 6. *sum. cap. 9. num. 29. & 31.* Specialiter negant deberi ex vi status Religiosi aliquam obedientiam Episcopo, sed solum generalem, qualem habent reliqui saeculares clerici.

5. Ceterum verius censo, expulsos adhuc sub obedientia Praelatorum regularium aliquo modo esse, sub Episcopi potestate simpliciter, sub Pontifice efficacius. Probo singula. Praelati regulares cogere possunt expulsos, vt ad Religionem redeat, ipsèque obedire tenentur, vt ex communi sententia probatum reliquimus. Ergo quoad hanc partem sub obedientia Praelatorum regularium est expulsus, & ita tradit Sanchez lib. 6. *sum. t. 6. n. 31.* Deinde Pontifex non solum quatenus Ecclesiae Pastor est, sed etiam quatenus omnium Religionum est supremus Praelatus potest expulso praecipere, quae statum Religiosum in illo viuendi modo decent, ipseque expulsus obedire tenetur, ergo sub Pontificis domino, & obedientia existit. Item expulsus dominium bonorum vsurpans, de illisque per testamentum disponens vorum paupertatis violat, vt est in comperto apud omnes. Sed violatio paupertatis est dispositio bonorum sine licentia superioris, ergo expulsus superiorem habet in vsu paupertatis, hic autem necessarius est Pontifex; cum non sit Praelatus Regularis. Ergo, &c. Praeterea quilibet Religiosus ex obedientiae voto subditur Pontifici tanquam supremo Religionis Praelato, sed per expulsionem à Religionem non suspenditur haec subiectio. Quae enim necessitas est huius suspensionis, aut quo titulo Pontifex priuari debet regimine, & dominio Religiosi expulsus, cum facta expulsionem magis necessarium sit? Expulsio namque excludit expulsos à regimine, & potestate cuiuslibet Praelati regularis, seu Religionis intrinseci, non tamen excludit à potestate, & dominio Praelati extrinseci, qualis est Pontifex, neque id expediens erat, sed potius contrarium. Quae ratio probat tertiam partem nostrae conclusionis, scilicet expulsos esse simpliciter sub potestate Episcopi, quando Episcopus erat illius superior. At quando ab omni iurisdictione Episcopali exemptus erat, alia via probanda est, quae sic se habet. Expulsus in eo statu ligatus est voto obedientiae: sed hoc intelligi non potest absque ordine ad aliquem Praelatum, cui praestanda sit: cum ergo hic non sit Praelatus regularis, restat, vt sit Episcopus. Tùm quia Pontifex censendus est illi suis vices committere, vt sic aptius expulsus gubernetur. Tùm quia Religiosus cum obedientiam vovet, intelligitur vouere Praelatis regularibus, dum ab eis regitur, Episcopis verò, quando à Praelatorum regularium regimine excluditur: hic enim modus viuendi tum expulso, tum statui Religioso conuenientior est. Praeterea negari non potest Episcopum regere, & gubernare posse, & debere omnes existentes in sua diocesi, quae specialem exemptionem non habeant secundum eorum statum, & conditionem. Ergo dicendum est posse, & debere gubernare Religiosum expulsos, secundum Religiosum statum, quem habet expulsionem accommodatum. At nullum est inconueniens, quod haec gubernatio tam ex iurisdictione Episcopali, quam ex voto obedientiae ortum habeat. Ergo dicendum est Religiosum expulsos ex vi voti obedientiae sub Episcopi potestate esse in statu expulsionis. Et ita sustinet Nauarr. *comment. 2. de Regularibus numer. 34. & sequentibus & comment. 3. numer. 46. & lib. 3. consil. titul. de Regularibus conf. 50. & 51. alia 77. & 78.* Thomas Zerola *praxi, 2. p. verbo regularis, vers. 3. Suar. t. 4. de Relig. tract. 6. lib. 3. c. 6. n. 4. & seq.*

6. Hinc sit obligatum esse Religiosum expulsum se Episcopo manifestare, vt iuxta conditionem sui status ab eo regi possit. Cum enim ex voluntate Episcopi, vt ipse sui Praelati regendus sit, neque hoc fieri possit sine status manifestatione, inferitur necessarium statum esse manifestandum: sic tenent relati Doctores.

7. Sed restat satisfacere difficultatibus n. 3. propositis, Prima, quae desumitur ex modo vouendi obedientiam Praelatis regularibus; conuincit equidem; facta expulsionem nullam aliam obedientiam illis deberi praeter reditum ad Religionem ob rationem ibi dictam.

8. Secunda agit de obedientia Episcopi, Et respondemus, si Religiosus alius erat Episcopo subiectus, ei subiectum manere post expulsionem, vt possit praecipere quae necessaria fuerint expulso iuxta suum statum, & modum viuendi extra Religionem quia expulsio non reuocat expulsos à regimine Praelati extrinseci Religionis, sed à regimine Praelati intrinseci, & regularis. At si Episcopo alius non erat subiectus, expulsus

expulsionem in eius subiectionem incidit; quia à principio votum fecit de obedientia præstanda non huic, vel illi determinato Prælati, sed legitimo Prælati quicumque sit. At Episcopus sublata Religiosorum exemptione, est legitimus illorum Prælati. Ergo Episcopo tanquam legitimo Prælati obedientia ab expulso præstanda est. Sed cui Episcopo præstanda sit? Nuarr. *dicto comment. 2. num. 34.* affirmat esse Episcopum originis, quia hic solum est permanens, & immutabilis neque à voluntate expulsi dependens; reliqui verò superiores ratione domicilij, habitationis, seu beneficij acquisiti mutari possunt ex voluntate expulsi relicto domicilio, habitatione, seu beneficio ac proinde in voluntate expulsi esset sui superioris electio, quod non videtur dicendum. Cæterum veteris censu non esse in has angustias redigendum expulsum. Nam ut bene expendit Suar. *dicto lib. 3. cap. 6. numer. 8.* sæpe contingit Religiosum expelli in loco remotissimo, à loco sui originis, molestissimumque illi esse eum locum adire, Episcopoque illius se præsentare, & fortè non leuoris incommodi, tum propter occasionem vagandi, quæ inde nasci potest. Tum propter pericula spiritualis damni, quæ in loco originis esse solent. Non igitur imponenda est illi obligatio, cum nullo iure fundata sit. Quocirca potius existimo, illum Episcopum esse expulsi superiorem, qui esset illius, si clericus, & non Religiosus esset, quia cum in modo viuendi expulsi sæcularibus clericis omnino similis existat, superior clericorum, expulsi superior erit. Vnde Episcopus illius loci, in quo monasterium à quo eicitur, existit, superior erit expulsi, dum ibidem commoratur, vel quia peregrinus est, vel quia ibi figit domicilium. Et ratio superior facta hoc conuincit: quia Episcopus est superior omnium, qui in sua diocesi existunt non exempti sed ille expulsi expulsiōne amisit exemptionem. Ergo illius Episcopus superior est. Et hinc constat non posse esse Episcopum originis (nisi ad recipiendos ordines, vt est clericorum sæcularium) quia nemo potest duobus Prælati, & inter se independentibus simul subici. Si igitur expulsi subiectus est quoad sui regimen Episcopo habitationis, vel domicilij nequit simul subici Episcopo originis. Huic ramen Episcopo domicilij, vel habitationis non ita subicitur quin abique illius consensu mutare domicilium, vel habitationem possit, sicuti potest clericus sæcularis: nam ex vi voti obedientie non se priuauit libertate faciendi hanc mutationem in statu expulsionis, sed solum dum intra Religionem, & sub Prælatorum regularium regimine existit, & vitam communem degit: & ita tradit Suar. *2. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 6. num. 16.*

9. Tertia difficultas grauior est, quibus in rebus teneatur expulsi Episcopo obedire? Breuiter respondeo teneri in iis, quæ ad oblationem castitatis, & paupertatis statui expulsionis accommodatæ, iudicata fuerint moraliter necessaria, quia cum restrictis his votis existat, penes superiorem, cui regimen expulsi iucumbit, erit illorum oblationem procurare, & quæ necessaria fuerint præscribere. Idem est de his, quæ pro Religiosi status decencia, & honore in eo vitæ genere conseruando necessaria fuerint. Nam cum expulsi verè Religiosus sit, statumque Religiosum non amisit, obligatus est eum viuendi, modum seruare, qui Religiosum statum in eo vitæ genere non dedecet. Quapropter si se ludis, & commellationibus cum scindalo tradit, habitum honestum non portat, aliaque perpetrat in Religiosi status ignominiam, cogi præcepto, & poenis ab Episcopo potest, sicuti posset à suo Prælati regulari, cum intra Religionem esset; Sic tradit Suar. *dicto 2. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 6. n. 18.*

10. Præter supradictam obligationem nullam aliam expulsi habet, neque Episcopus imponere potest. Vnde non teneatur, neque per se obligari potest ad ieiunia, austeritates, poenitentias, orationes, aliaque similia à regula suæ Religionis præscripta etiam sub peccato obligante. Sic Suar. *dict. cap. 9. n. 11. & seqq.* Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 15. sine.* Sanch. *lib. 6. summ. c. 9. num. 50.* Layman. *lib. 4. summ. tract. 5. c. 13. q. 2.* & alij plures apud ipsos Ratio scilicet quia Religiosum non censetur promittere regula, illiusque præceptorum obseruationem, nisi dum à Religione alitur, & gubernatur, & in aliorum consortio viuere permittitur. Tum quia regula apposita est ad regendos Religiosos in communi vita, non ad regendos Religiosos à Religione separatos. Tum quia eius obseruatio extra Religionem est longè difficilior.

11. Hinc deducitur, expulsum, qui clericus non sit, obligatum non esse ad horas canonicas recitandas, quia harum obligatio solum ex consuetudine annectitur Religiosis ad chorum deputatis intra Religionem annectibus; non autem illis, qui à Religione separantur, & quorum separatione deputatio ad chorum cessat, efficacius quam cessaret, si ad gradum Religiosorum laicorum transiret; & ita sustinet Suar. in *presenti dict. c. 6. n. 12.* & latius tradidimus, *tr. 7. de horis canonic. dist. 2. punct. 1. §. in fine.*

12. Secundo deducitur, non esse obligatum habitum suæ Religionis deferre, quia hic habitus est ad significandum illius gestatorum membrum esse talis Religionis illique vni-

rum, & sub illius regimine, quod non habet locum in expulso. Neque obstat, Episcopum ad illum deferendum obligari, tametsi à Religionis regimine separatus existat. Quia Episcopo præcipitur expresse, vt postea dicemus, secus cuncto. Item Episcopus separatus à Religione per ascensum ad superiorem statum, atque ita Religiosi habitus gestatio cedit in Religionis honorem secus in cincto contingit; ac proinde ille, & non hic obligatus à iure est habitum deferre: & ita sentit Suar. *dicto cap. 6. num. 14.* immo non solum cinctus obligatus non est eum habitum deferre, sed nec potest, si eo per seueritiam priuatus sit, vt ferè semper expulsi priuantur, eo quod illius gestatio in ignominiam Religionis reputatur cellatur: Sic Nauarr. *comm. 2. de Regularib. n. 36. & lib. 3. consil. eodem tit. consil. 1.* alias 78. Lessius, *lib. 2. c. 41. dub. 15. num. 112.* Sanch. *lib. 6. summ. c. 9. n. 55.* Suar. *2. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 6. n. 14.* Debent tamen habitum honestum deferre, & ad id cogi possunt. At non teneantur ad habitum clericalem deferendum, si clerici non sint; quia nullus est textus hanc eis obligationem imponens, & ex natura rei id non sequitur: Sic Suar. *dicto cap. 6. num. 14.*

PUNCTIVM XXIV.

An Religiosus factus Episcopus, votis, & præcepta Religionis teneatur?

SUMMARIUM.

- 1 Religiosus factus Episcopus voto obedientie, sicut paupertatis, & castitatis restrictus manet, sed solum Summo Pontifici obedire teneatur.
- 2 Superior doctrina declaratur.
- 3 Proponuntur alia vota, quæ in diuersis Religiosis continentur.
- 4 An prædicta vota obligent, Affirmat Suar. & rationes adducit.
- 5 Est hæc sententia vt scaturit consulenda sit, contraria probabilitate non caret.
- 6 Expenditur votum S. Mariae de Mercede, & Minorum, & primum Societatis Iesu, asseriturque non obligare.
- 7 Expenditur secundum, & tertium. Idemque de eis asseritur.
- 8 Expenditur quartum & quintum votum Societatis Iesu, & asseritur quintum obligare.
- 9 Satisfit rationibus à Suarez n. 4. adductis.
- 10 Episcopus obligatus est habitum suæ Religionis deferre.
- 11 An Episcopus si habitum suæ Religionis relicto sæculari Episcopi habitum induat, excommunicationem incurrit? Affirmant aliqui, sed rectius alij negant.
- 12 Episcopus retento colore habitus suæ Religionis potest se conformare cum Episcopis sæcularibus in forma, seu figura illius.
- 13 Episcopus nullo teneatur regula præcepto. Et satisfit rationi dubitandi.
- 14 An saltem ex debito morali teneatur? Arguitur pro parte affirmatiua.
- 15 Verius est nullo debito morali Episcopum regularem obligari, & soluitur contraria.
- 16 Episcopus transgrediens votum castitatis, paupertatis, & obedientie poenis à regula statuti in transgressores non ligatur.
- 17 Episcopus non est obligatus ieiunia, austeritates, &c. à regula præscripta seruare.
- 18 An possit carnes comedere feria sexta, vel Sabbatho, in qua Natalis Domini incidit, si ex præcepto regula id sit prohibitum? Negat Barbosa. Oppositum tenendum est.
- 19 Obligatus non est officium diuinum iuxta ritum sui Ordinis recitare, neque socium secum habere.
- 20 Omnia superius dicta intelliguntur, & procedunt in Episcopo titulari non habente subditos.
- 21 Episcopus, qui Episcopatum renuntiavit, aut illo priuatus est non reuincitur in regularium Prælatorum subiectionem. Secus si de gradaretur.
- 22 Supradicta exemptio Episcopo competit à tempore electionis per Pontificem confirmata.
- 23 An regularis Prælati gaudent priuilegijs gratis, & indulgentiis, illius Ordinis Religiosis concessis? Negant plures, sed immerito.
- 24 Si verò gratis, & priuilegia in Religiosis de iure non competunt, illis non fruuntur, nisi de Prælatorum consensu.
- 25 An ea que dicta sunt de Episcopis competant Religiosis electis in Cardinalis Romana Ecclesia? Affirmat communis sententia. Sed si à Cardinalatu deponantur, vel illum renuntient, in Prælatorum regularium obedientiam reuincuntur.

26. Hæc doctrina extenditur probabiliter ad Sanchez, ad regulam electum in Abbatem, & aliamve dignitatem propriam diocesim habentem, nemini alteri subiectam.

1. **T**ER Religiosum factum Episcopum voto castitatis obligari in comperto est, apud omnes. Qualiter autem teneatur voto paupertatis disp. præcedenti punct. 19. diximus. Quapropter in præsentem solum agendum est de voto obedientiæ, atque Religiosis præceptis. Et quidem de manere astrictum voto obedientiæ, sicut voto paupertatis, & castitatis ferè omnes Doctores docent. Quia cum maneat verus Religiosus, & de essentia Religiosi status sint illa tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, efficitur omnibus illis astrictum esse. Sed cui Prælato obedire astrictus sis? Respondet ex necessitate non oportere alicui actualiter esse subiectum; sufficit si in habitu, & potentia subiectus sis, quando Superiorum habueris, vt contingit in Religioso assumpto ad Pontificatum, qui non ideo desinit esse Religiosus, & votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ ligatus, tametsi Superiorem non habeat; quia id est per accidens, Sanch. lib. 6. cap. 6. numer. 6. Actualiter soli Summo Pontifici, vt Supremo Religiosis Prælato subiectis, non autem Prælati regularibus: Sic docet D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11. ad 4. q. 185. art. 8. in corp. q. ad 3. q. 4. Nauar. comp. 3. de Regular. numer. 46. Cotarum. cap. 1. num. 28. de testament. Valen. 2. 2. disp. 10. q. 3. punct. 10. Lessius lib. 2. cap. 40. sub. 14. num. 113. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. numer. 2. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 1. Layman. lib. 4. sum. tract. 5. cap. 2. numer. 9. & alij plures apud ipsos. Probo te Pontifici esse subiectum ex voto, sicut eras ante assumptionem, quia nulla est causa, quare à Pontificis obedientia extimaris supposito quod obedientia voto astrictus sis. Quod verò nemini alteri subiectus constet. Non enim subiectus Religiosis Prælati, quia vt habetur, cap. unico 18. q. 1. hæc canonica electio à iugo regule monachice professionis absoluti, & consequenter ab obedientia, quæ secundum regulam Prælati regularibus debebatur. Neque obstat, te illi obedientiam promississe: quia id intelligere debes, cum vere superiores sunt, secus quando ab illorum prelosterare extimaris, sicuti contingit in Generali Præposito, qui nulli Prælato regulari obedire tenetur; quia nulli illi Superiori est, tametsi votum fecerit de obediendi Prælati regularibus. Alteri autem à regularibus Prælati, & Pontifici obedientiam non promissisti, non igitur ex illo voto alius subiectus est. Quare etsi in aliquibus casibus iure sic disponente tenearis obedire Archiepiscopo, Patriarchæ, vel Primati, id ex iure Ecclesiastico, & ex iurisdictione per illud concessa provenit, non ex voto obedientiæ Religiosæ; neque illa est obedientia secundum regulam, Suar. 2. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 4.

2. Hinc fit, te obligatum esse obedire Pontifici ex vi voti obedientiæ: In iis, quæ fuerint secundum regulam; secus in iis quæ extra, vel præter regulam antea fuerint. Quia non illimitatè, sed limitatè iuxta regulam obedientiam promissisti. Suar. dicto cap. 17. num. 5. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. num. 5. Secundò fit, ex eo solum quod Pontifex supradictam exemptionem à Prælati regularibus auferat, vt verè auferre potest, Prælati regularibus te manere sicut antea subiectum. Quia votum obedientiæ Prælati regularibus factum integrum manet, solumque suspensus erat ab illo vii comparatione Prælatorum regularium ob exemptionem ab illis: quare sublatâ exemptione Prælati regulares tui superiores sunt, illi, quæ ex voto obedire tenetis, Sanch. dicto c. 6. n. 4. Valquez 1. 2. disp. 165. c. 8. ad finem, n. 93. Laym. lib. 4. tract. 5. c. 1. n. 9.

3. Supradictis votis constitutibus Religiosum statum annectuntur alia vota in diuersis religionibus, vt in Religione B. Mariæ de Mercede emittitur votum incumbendi redemptioni captiuorum, in Minimorum Religione votum vitæ quadragesimalis, in Societate Iesuy, votum quartum sollempne obediendi Summo Pontifici in missionibus peragendis. Deinde emittuntur alia quinque vota simplicia. Primum est de non relaxanda paupertate, nec admitrenda eius relaxatione. Secundum est de non procuranda dignitate aliqua directè, vel indirectè in Societate. Tertium de non procuranda, vel accipienda prælatione, vel dignitate extra Societatem, nisi obedientia intercedat. Quartum de denunciandis ambientibus supradictas dignitates. Quintum est de audiendo Præposito Generali ne in statu Prælationis constituto, cuiusque consilia sequendo, si meliora videri fuerint.

4. Dubium ergo est, an omnibus his votis obligeris in Episcopum assumptus eodem modo, ac ante assumptionem eras obligatus? Et de vitimo voto Societatis nemini potest esse dubium, cum pro statu assumptionis emittatur; vnde si eo tempore non obligaret, frustra, & irritum esset: cum ante assumptionem ad nihil obliget: & ita de hoc voto notauit Valq. 1. 2. disp. 165. cap. 8. num. 89. fine, Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. num. 5. Suar. 2. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 8. et 17. 10. lib. 6. c. 19. De aliis votis affirmat Suar. dicto c. 17. n. 8. & Ferd. à Castro. Sum. Mor. Paris. 111.

colligitur ex Soto lib. ult. de iust. q. ult. art. ult. post medium, & verè, sed contra, quatenus excusat Religiosum Episcopum ab obseruatione regulari, illiusque præceptis; quia ea non vouerat, tacite innuens, si ea voueret ad illius obseruationem obligari. Ratio verò esse potest; quia obligatio voti est personalis, ergo comitatur personam in quocunque statu existat; aliàs vouens calculum virginicum recitare non teneretur hoc voto translatum ad Episcopatum. Deinde vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ perseverant in Episcopatu, & obligant ad sui obseruationem, quatenus cum Episcopatu non pugnant. Ergo etiam hæc vota perseverare debent, & obligare, quatenus eorum obseruatio cum status assumpti obligatione non pugnat. Tum quia sunt accessoria statui Religioso. Tum quia non pugnant absolute cum obligatione Episcopatus, sed potius plura ex illis Episcopatus perfectionem iuuant. Quod discurrendo per singula vota fiet manifestum. Si enim aliquid votum pugnet, maxime votum incumbendi Redemptioni Captiuorum, & in Societate votum obediendi Pontifici in missionibus, & infidelis. At hoc votum non pugnat cum Episcopatu non habente curam animarum. Deinde non pugnat cum Episcopatu curam animarum habente, si Pontifex ea occasione in residentia Episcopatus dispenseret. Ergo hoc votum in Episcopatu obseruari potest. Votum verò à Minimis factum de abstinentia quadragesimali regulariter ab Episcopo obseruari potest, & maxima cum ædificatione, & fructu. Quod si aliquando illa abstinentia muneris Pontificali obtulerit, id per accidens est, nec tollit voti absolute obligationem. Vota verò Societatis de non relaxanda paupertate, nec procuranda dignitate intra, vel extra Religionem, & ambientibus denunciandis nullo modo obstat muneris Episcopali, vt de se constat, ergo in eo statu obligant, & seruanda sunt.

5. Nihilominus etsi supradicta sententia vt securior consulienda semper fit; at probabilitate non caret supradictorum votorum obligationem suspendi durante Episcopatu: sic docet expressè Sanch. lib. 6. sum. c. 6. num. 15. Suar. 2. 4. de Religione. tract. 10. lib. 2. cap. 3. ad num. 5. Ratio est, quia ea vota, vt ex consuetudine, & præceptis constat, præcipiuntur emitti, & Religiosis emittuntur, vt status communitalis conseruetur, & crescat facilius regularum obseruatione, specialique Religiosorum fructu, & secularium æstimatione: eum ergo post Episcopatum assumptum à statu communitatis separatus existat, & ab omni regularum obseruatione exemptus, vt statim dicemus, videris sanè pro eo status illis votis non obligari. Præterea eorum obseruatio longè difficilior est extra Religionem, quam intra, præcipue in statu illo honorifico Episcopatus. Ergo non est credendum Religionem pro eo tempore velle suis Religiosis illorum votorum obligationem imponere neque Religiosos eam subire. Sed potius est oppositum præsumendum.

6. Deinde expendo singula vota, vt hæc præsumptio efficacius colligatur. Neque enim Religiosus S. Mariæ de Mercede præsumi potest se voluisse obligari voto redemptionis Captiuorum, nec Religiosus Societatis Iesuy voto obedientiæ promissionibus peragendis instar clericis secularibus, sed instar Religiosis, & vt Religiosis membrum, & in illius conseruationem. Cum igitur assumptione Episcopatus sint à Religione exempti, & instar clericorum secularium, non est præsumendum illis votis pro illo statu se voluisse obligari. Et idem argumentum fieri potest de voto abstinentiæ quadragesimalis, non enim præsumi debet obligationem illius extendi ad statum secularem, & à religione separantem, maxime cum ad conseruationem Religiosi status emissum fuerit. Apertius id videtur constare in illis quinque votis à Professo Societatis emissis. Nam in primis hæc emittuntur, vt conseruari, & auferri totum corpus Societatis in suo bono statu possit, vt expressit S. Ignatius, 10. p. constit. in prin. ac proinde non respiciunt extra corpus Societatis constitutos. Deinde sigillatim quodlibet votum expendo. Votum namque non laxandi paupertatem, sed potius illam restringendi expressè loquitur de his, qui actualiter intra Religionem existunt. Nam vt habetur in declarat. huius voti 6. p. cap. 2. litt. A. ille innouat paupertatem, qui præterdit in conuentu totius Societatis congregatæ, vel per seipsum vlla ratione, redditus, & professionem vllam in proprium vsum, vel ea admittit ad fabricam, vel sacristiam, vel ad aliquem alium finem præter id quod ad collegia, & domos probationis attinet. Quæ certè non possunt intelligi de Religiosis extra Religionem existentibus, cum ipsi liberam bonorum administrationem habeant, pluresque redditis professiones in proprium vsum, neque ipsis datum est pro sacristia, & fabrica domus Professe admittere, cum superiores Societatis non sint. Neque item in Conuentu totius Societatis congregantur ipsi, vt aliqua ratione non suffragiis, tum diligentius paupertatem innouare possint. Non igitur hoc votum pro statu extra Religionem intelligitur.

7. Secundum votum apertissimum est non comprehendere Religiosos Episcopos, cum ipsi in eo statu incapaces

ſunt Prælationis Reli-
gione. Tertium vo-
debere vouentē exiſt-
randi, neque accepti
ſi dignitatem extra
curatione, & accep-
eo caſu de non pre-
obſtat ſinis huius
Religioſus incurrit
& ſubmiſſionem
ſibi ſinem
conſtit. §. 6. R.
eſt extra humi-
Religio prius
ita docet §. 8.
Quæ-
ſtentes extra
lunt. Sed dicendum eſt
exequi po-
ri obſer-
tus, ſcilicet
augerent
eum
quam
& tam
modo reſpicit perſonas,
que ratione ſui ſtatus extra
cor-
as Societatis ſunt. Et confirmatur, quia illi obligantur de-
n-
ciare ambientes qui in Societate directè, vel indirectè ſibi
Pro-
lationem procurare poſſunt, vt conſtat manifèſtè ex ipſa
ſel-
ic verborum, 10. p. conſtit. §. 6. ibi: Erit etiam ſummi momen-
t-
vt perpetuè felix Societatis ſtatus conſeruetur diligentiffi-
me ambitionem malorum omnium in quauis Republica, vel
Congregatione matrem ſubnouere, ac aditum ad dignitatē,
vel Prælationem vllam directè, vel indirectè querendam in
Societate præcludere. Quod vt fiat omnes Profeſſi ſe nihil
vnquam ad eam obtinendam acturos, & agere animaduerte-
rint: delaturos Deo, ac domino noſtro vouent. Et ſoli Religio-
ſi intra Societatem exiſtentes procurandæ Prælationis in So-
cietate habiles ſunt. Ergo de iis ſolum votum denunciandi
ambientes intelligitur. Reſtat ergo, vt ſolum quintum votum
de audiendo Generalis conſilium Episcopos, alioſque extra
Societatem in dignitate conſtitutos comprehendat; quia pro
tempore emiſſum eſt, & forte Gab. Valquez. l. 2. diſput. 165.
c. 8. de hoc ſolo voto expreſſe obligari in Episcopatum aſſum-
ptos tacitè innuens reliqua vota in eo ſtatu non obligare.
9. Neque obſtant rationes pro ſententia Suar. n. 4. addu-
cta. Ad primam concedo voti obligationem perſonalem eſſe;
afficereque vouentem in quocunque ſtatu, & quocunque tem-
pore, ſed non pro quocunque ſtatu, & pro quocunque tem-
pore, ſed pro ſtatu, & tempore, quo vouens ſuſcepit obligatio-
nem. Cum autem Religioſus illorum votorum obligationem
ſuſcepit pro tempore, quo intra Religionem exiſtit, illius-
que membrum eſt; efficitur obligandum non eſſe extra Re-
ligionem conſtitutum. Ad ſecundam reſpondeo vota caſtita-
tis, paupertatis, & obedientie perſeuerare, & obligare in ſta-
tu Episcopali, quatenus cum eo ſtatu compati poſſunt; quia
emiſſa fuerunt abſolutè ad ſtatum Religioſum conſtituen-
dum. At prædicta vota non emittuntur, vt conſtituant ſta-
tum, imo neque vt accessoria ſtatu Religioſo, vt ſe, ſed vt ac-
cessoria ſtatu Religioſo in vita communi, & ad maiorem il-
lius communitatis perfectionem. Quapropter exclusus ab il-
la communitate, & à Religioſo ſtatu in vita communi, ex-
cluditur ab illorum votorum obſeruatione. Ad tertiam con-
cedo, reliqua vota ex propria voluntate emiſſa, ſi abſque vlla
reſtictione emiſſa ſint, obligant in ſtatu Episcopatus; quia
preſumuntur pro quocunque ſtatu emiſſa eſſe. Secus eſt de vo-
tis ex præſcripto Religionis emiſſis, quæ ſolum præſumuntur
emiſſa in conſeruationem, & augmentum Religionis, quate-
nus eſt vnus corpus.

joſa, & alienæ proſus ab illius procu-
tum manifèſtè ſuppone intra Religionē
tere, vt obliget, cum ſit votum non procu-
andi dignitatem extra Religionem. Nam
religionem habet, non indiget illius pro-
tatione. Quod ſi dicas intelligi debere votū
curanda, neque acceptandam noua dignita-
tis votis qui eſt vt animarum ſaluti Societatis
abat iuxta noſtra profeſſionis humilitatem,
& ne Societas hiſ hominibus qui ad propoſi-
tione eſt neceſſarij priuetur; ſicut dicitur, 10. p.
Religioſus autem in Episcopum aſſumptus iam
ilitatem, & ſubmiſſionem Religioſam, coque
ita eſt. Non igitur de ipſo votum intelligitur: &
art. 4. de Relig. tr. 10. lib. 6. c. 9. n. 13.
am de denunciandis ambientibus videbatur exi-
ſtentes extra Religionis regimen obligare; quia illud facilè
lunt. Sed dicendum eſt oppoſitum, quia in eius vo-
tione præcipue ſpectatur ſinis à S. Ignatio assigna-
tus, vt Societas in ſuo ſtatu humilitatis conſeruetur, &
augeretur, & proinde reſpicit perſonas, quæ obligationem habent
in conſeruandis, & augendis: hæ autem nullæ aliæ ſunt,
quam iuxta ſunt de Societate, & Societatis corpus conſtituunt,
& tamquam partes bono totius reſpicere obligantur. Ergo
nullo modo reſpicit perſonas, quæ ratione ſui ſtatus extra
cor-
as Societatis ſunt. Et confirmatur, quia illi obligantur de-
n-
ciare ambientes qui in Societate directè, vel indirectè ſibi
Pro-
lationem procurare poſſunt, vt conſtat manifèſtè ex ipſa
ſel-
ic verborum, 10. p. conſtit. §. 6. ibi: Erit etiam ſummi momen-
t-
vt perpetuè felix Societatis ſtatus conſeruetur diligentiffi-
me ambitionem malorum omnium in quauis Republica, vel
Congregatione matrem ſubnouere, ac aditum ad dignitatē,
vel Prælationem vllam directè, vel indirectè querendam in
Societate præcludere. Quod vt fiat omnes Profeſſi ſe nihil
vnquam ad eam obtinendam acturos, & agere animaduerte-
rint: delaturos Deo, ac domino noſtro vouent. Et ſoli Religio-
ſi intra Societatem exiſtentes procurandæ Prælationis in So-
cietate habiles ſunt. Ergo de iis ſolum votum denunciandi
ambientes intelligitur. Reſtat ergo, vt ſolum quintum votum
de audiendo Generalis conſilium Episcopos, alioſque extra
Societatem in dignitate conſtitutos comprehendat; quia pro
tempore emiſſum eſt, & forte Gab. Valquez. l. 2. diſput. 165.
c. 8. de hoc ſolo voto expreſſe obligari in Episcopatum aſſum-
ptos tacitè innuens reliqua vota in eo ſtatu non obligare.
9. Neque obſtant rationes pro ſententia Suar. n. 4. addu-
cta. Ad primam concedo voti obligationem perſonalem eſſe;
afficereque vouentem in quocunque ſtatu, & quocunque tem-
pore, ſed non pro quocunque ſtatu, & pro quocunque tem-
pore, ſed pro ſtatu, & tempore, quo vouens ſuſcepit obligatio-
nem. Cum autem Religioſus illorum votorum obligationem
ſuſcepit pro tempore, quo intra Religionem exiſtit, illius-
que membrum eſt; efficitur obligandum non eſſe extra Re-
ligionem conſtitutum. Ad ſecundam reſpondeo vota caſtita-
tis, paupertatis, & obedientie perſeuerare, & obligare in ſta-
tu Episcopali, quatenus cum eo ſtatu compati poſſunt; quia
emiſſa fuerunt abſolutè ad ſtatum Religioſum conſtituen-
dum. At prædicta vota non emittuntur, vt conſtituant ſta-
tum, imo neque vt accessoria ſtatu Religioſo, vt ſe, ſed vt ac-
cessoria ſtatu Religioſo in vita communi, & ad maiorem il-
lius communitatis perfectionem. Quapropter exclusus ab il-
la communitate, & à Religioſo ſtatu in vita communi, ex-
cluditur ab illorum votorum obſeruatione. Ad tertiam con-
cedo, reliqua vota ex propria voluntate emiſſa, ſi abſque vlla
reſtictione emiſſa ſint, obligant in ſtatu Episcopatus; quia
preſumuntur pro quocunque ſtatu emiſſa eſſe. Secus eſt de vo-
tis ex præſcripto Religionis emiſſis, quæ ſolum præſumuntur
emiſſa in conſeruationem, & augmentum Religionis, quate-
nus eſt vnus corpus.

mittit, cum Religioſus ſit Sic Sylueſt. verbo Relig. 7. q. 1. Rinc
nald. conf. 6. n. 7. vol. 1. Surd. de alim. l. 8. priuileg. 79. n. 10. Maior
lib. 2. de irregular. cap. 1. n. 13. Reſtius tamen alij Doctores ne-
gant ſupradicta excommunicatione regularem Episcopatum
comprehendiſſe prædictus textus in c. 3. expreſſè loquitur
de Religioſis intra clauſtrum ſub obedientia Abbatis viuē-
tis, non de illis, qui extra clauſtrum, & extra obedientiam
Abbatis ſunt conſtituti. Præterea illa excommunicatione im-
ponitur, vt periculosa euagandi materia regularibus ſubtraha-
tur. At Episcopos ſæculari Episcoporum habitu indurus pericu-
loſam euagandi materiam non habet. Ergo. Item dici non
poſſet temeraria dimiſſio habitus, quæ in habitum ita decen-
tem, & ab Eccleſia probatum conuertitur præcipue cum in
cap. Deus qui, de vita & honeſt. clericor. monachis in Eccleſia
ſimul cum clericis habitantibus permittitur habitu clerico-
rum vt ne ob diuerſitatem ſcandalum generetur. Ergo Epif-
copus qui ob hanc occaſionem habitum ſue Religionis dele-
teret, non temerè dimitteret, neque in excommunicationem
incideret. Et ita ſufficit Ceuarro. cap. 1. nu. 18. de reſtament.
Man. Rodrig. d. 2. qu. Regular. q. 58. Sanch. lib. 6. ſum. c. 6. n. 3.
Suar. l. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 17. nu. 11. Barb. de poſ. Epif.
vii. l. cap. 4. num. 17.

12. Cæterum authoritatè Clemen. VIII. vt habetur in ſyn-
di Romano ab ipſo reſormato conceſſum eſt Episcopis regulari-
bus, vt retento colore habitus ſue Religionis poſſint ſe con-
formare cum Episcopis ſæcularibus in forma, ſeu figura il-
lius, atque ideo cum birreto clericali, & cum maſtillo eiaſ-
dem coloris religionis. Rochetum porro portare non poſſunt,
ſed cotram nempe ſuper pelliceum ſuperimponant in albis
Eccleſiaſticis. Sanch. lib. 6. cap. 6. numer. 21. Barbosa de
poſ. Epif. tit. 1. c. 4. n. 17. Layman. lib. 4. ſum. tract. 3. cap. 1.
num. 9.

13. His ſuccedit obligatio regulæ. Cum ergo Episcopos
vouerit obedientiam ſecundum regulam, ab eoque voto ob
Episcopatum liber non ſit, videtur regulæ præcipue obedi-
re debere, maxime ſi cum Episcopos mittere non pugnet, ſed
potius illius perfectionem promouet: ita tradit D. Thom.
2. 2. q. 185. art. 8. Sylueſt. verbo relig. 6. quaſt. 10. Man. Rodrig.
tom. 2. quaſt. regul. quaſt. 58. art. 3. & alij relati à Sanch. lib. 6.
ſumm. cap. 6. num. 16. Cæterum omnino dicendum eſt, nullo
regulæ præcepto regularem Episcopum teneri debito legali,
& culpam obligantem; quia expreſſè eximitur à iugo regulæ,
illiusque obligationem dicto cap. vnico. 18. q. 1. ibi quem ca-
nonica electio à iugo monaſtica profeſſionis abſoluit: & me-
rito; quia cum fit extra regimen religionis, non debet illi
regulis aſtringi: Hæ enim primo, & per ſe communita-
tem religioſam aſtringunt; quæ in illius conſeruationem, &
augmentum ſeruantur. Et deinde quamlibet partem illius
communitatis, atque adeo quemlibet religioſum. Cum ergo
Episcopos regularis extra illam communitatem ſit conſtitu-
tus, nec illius ſit membrum, illius legibus aſtringi non poſſet.
Et ob eandem rationem aſtringi non poſſet ſue religionis
conſuetudinibus, quia hæ ſolum obligant ibidem viuētes.
Et ita ſufficit Sanch. lib. 6. ſum. cap. 6. n. 17. Suar. tom. 1. de
relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. n. 6. Layman. lib. 4. ſum. tract.
5. cap. 1. n. 10. & alij plures apud ipſos. Neque obſtat regula-
rem Episcopum aſtringi voto obedientie ſecundum regula-
m: quia aſtringitur voto cum eſt ſuperior, qui ſecundum
regulam præcipiat: at cum Pontifex, qui ſolus eſt illius ſu-
perior non præcipiat eas regulares obſeruantias, ſeruiotum,
vigillarum, & orationum, ſed ſolum à religione, prælatique
illius ſint præcepta, à quibus regularis Episcopos exemptus
eſt, nullam illorum obligationem habet.

14. Dixi ad regulæ præſcriptis obſeruationem non teneri
regularem Episcopum ex debito legali, hoc eſt ex obligatione
illius legis, & regulæ. An vero teneatur ſaltem ex debito mor-
rali, & honeſtatis, videtur conuenire ex doctrina D. Thom. 2.
185. artic. 8. dicente regularem Episcopum ſecum diſpenſare
poſſe in regularem obſeruatione, ſecundum quod requirit ne-
ceſſitas perſonæ, vel officij, vel conditionis hominum, cum
quibus viuūt. Si igitur diſpenſatio neceſſaria eſt, obligatio ſal-
tem ex honeſtate intercedere debet. Deinde legitur: ſaltem
ex honeſtate obligatur legibus à ſe latis, etiam ſi ab illis debi-
to legali exemptus ſit, quia rationi naturali diſſonat velle alios
legem à ſe latam obſeruari, quam ipſe non ſeruat. Præterea
turpis eſt pars, quæ non concordat toti. Ergo turpiter agit re-
ligioſus Episcopos, qui aliis religioſis cum facile poſſit non
ſe conformari. Denique Episcopos in ſtatu perfectionis eſt
conſtitutus. Ergo deſiſtere non debet ab obſeruatione regula-
rum, quæ hanc perfectionem promouere poſſunt.

15. Quod ſi roges, hoc debitum morale quam obligatio-
nem inducat; Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 25. de obligat. & obſeruat.
præcept. qu. 2. affirmat inducere peccatum veniale. Idem in-
nuant Couarrou. cap. 1. num. 18. de Teſtament. Man. Rodrig.
tom. ſum. cap. 10. num. 4. negantes ſolum peccatum morale in
regularum violatione, & merito ita antemandum eſt, ſi
concedamus ex debito morali, & honeſtatis obligatum eſſe
religioſum

DE
ASTRO
PALA
TON.

religiosum Episcopum ad observationem regularum. Nam omittere illud quod iure naturali debitum est ex recta morum institutione, decentia, & honestate indecens est, & rationi naturali aduersum. Ergo est culpa saltem venialis. Quapropter verius censio nullo debito morali Episcopum regularem obligari ad regularum observationem; quia nec obligatus ex statu Episcopali, nec ex statu religio. Ergo ex nullo capite. Non ex statu Episcopali: nam licet sit status perfectionis, obligetque perfectionis actus exercere, sed non omnes, sed ad summum proprios illius status; atque adeo sufficienter illius obligationi satisfaciet, si actus illius status proprios exercet, quales sunt, si suarum omnium salutem incumbat leges ferendo, Sacramenta ministrando, verbum Dei seminando, necessitatibus temporalibus, & spiritualibus prouidendo, seque verum pastorem verbo, & exemplo ostendendo, & ceteris. Ergo Episcopus secularis, qui hæc præstare, muneris Episcopali sufficienter satisfaciet. Ex statu vero religio oriri non potest debitum morale obseruandi regulas. Tum quia nullum adest debitum, vbi integra est a lege exemptio. Tum quia esto sit religio, non tamen est pars illius communitatis, pro cuius conseruatione, & augmento regulæ sunt statuta. Et ex his patet solutio ad opposita fundamenta. Ad D. Thom. dicimus non loqui de propria dispensatione, sed de indulgentia, qua non debet vti absque rationabili causa is qui in suis actionibus non solum perfectum, sed quod perfectius est procurare debet.

16. Hinc deducitur censuris, & penis à regula statutis in transgressores suorum votorum non ligari Episcopum votum castitatis, paupertatis, & obedientiam transgredientem: quia integrè à iugo regulæ exemptus est: sic Sotus lib. 10. de iustit. q. ult. art. ult. vers. sed contra, Sanch. alius relatis lib. 6. sum. tract. 5. c. 1. n. 10. Barbosa de potest. Episcop. tit. 1. cap. 4. n. 14.

17. Secundo deducitur, non esse obligatum ieiunia, austeritates, & corporis afflictiones à regula præscripta obseruare: quia absolutè à iugo regulæ est exemptus, ac proinde non solum ab illius pena, sed etiam ab illius obligatione. Sotus, Sanchez, Layman, Barbosa supra.

18. An vero possit carnes comedere feria 6. vel Sabbatho, in quo Natalis domini incidit, si ex præscripto regulæ id sit prohibitum: Negat Barbosa dicto n. 14. quoniam textus in cap. explicari. ult. de obseruat. ieiunij, concedens illis diebus esse carni carum excepti eos, qui ex voto, vel ex regulari obseruatione tenentur. Ergo Episcopus assumptus ex religione, in qua illis diebus eius carni interdicitur, nequit carnis vesci. Quod à fortiori procederet, si non ex solo præcepto regulæ, sed ex voto à regula præscripto, vt in religione Minorum obligatio esset. In quo casu idem sentit Suar. statim referendus. Verum oppositum tenendum est. Et quidem quando ex præcepto regulæ eius carni interdicitur, docent Caietan. tom. 1. opus. tract. 35. q. 2. Couarru. cap. 1. num. 18. de Testament. Sanch. cap. 6. num. 20. Suar. tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 5. cap. 17. in fine n. 19. Et ratio est, nam esto religiosus Episcopus ante Episcopatus assumptionem teneretur illis diebus ex regulari obseruatione à carnis abstinere, assumpto Episcopatu iam non teneretur, cum à iugo regulæ exemptus sit. Ergo non excipitur à priuilegio illius cap. explicari. de obseruat. ieiunij. Ob eandem rationem censio idem esse dicendum, etiam vultis ex præscripto regulæ illorum dierum abstinentiam; quia vt supra diximus vota ex præscripto regulæ facta cessante regulæ obseruatione cessant: & ita tradit Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. num. 20.

19. Tertio deducitur, non esse obligatum officium diuinum iuxta ritum sui ordinis recitare; quia est ab ordine separatus, Abbas in dicto cap. clericus de vita, & honest. cleric. Azor. 1. part. instit. moral. lib. 12. cap. 7. q. 4. Barbosa de potest. Episcop. tit. 1. c. 4. n. 15. Sanch. lib. 6. c. 6. n. 25. Quarto deducitur obligatum non esse secum socium habere: quia ea obligatio solum est ex præcepto regulæ, à qua ipse exemptus est: & ita tradit Caietan. 2. 2. quest. 185. art. 8. dub. 1. Azor. tom. 1. lib. 12. c. 7. q. 4. Suar. tom. 4. tract. 8. lib. 3. ca. 17. n. 16. Sanch. vero dicto c. 6. n. 21. solum ex debito honestatis illum concedit.

20. Restant tamen aliquæ difficultates enodandæ. Prima, an hucusque dicta intelligantur de Episcopo titulari non habente subditos? Videtur intelligi non posse: quia non apparet legitima causa, ob quam hic Episcopus ab obseruantis regularibus eximatur: hæc enim exemptio non est concessa præcisè ob dignitatem Episcopalem, sed potius ob muneris, & obligationes, quæ secum portat illa dignitas: at dignitas non habens subditos his omnibus muneribus, & obligationibus caret. Ergo illi dignitati exemptio concessa non est: & ita tradit Hostiens. cap. quod Dei timorem n. 9. de statu Monach. & ibi Cardin. n. 5. q. 2. Ioan. Andr. num. 15. Sed contrarium amplectendum est vt probabilius; eo quod in fauorem dignitatis Episcopalis exemptio à Prælatibus regularibus, & à religionis regula concessa sit. Non enim decebat inferioribus Prælatibus subiecti, qui Ecclesie princeps est, nec qui in culmine magistris, & statu perfecto est constitutus doceri, & regi ab illis, qui per-

fectionis viam sectantur. Præterea; quia esto Episcopus titularis actu non habeat subditos, quos regat, id est per accidens: nam per se illos habet, & ius illos regendi, quandoque sub titulo alicuius Ecclesie consecratur. Denique consecratione constitutus est caput alicuius Ecclesie cum potestate, & iure ad illam gubernandam; ergo ex vi illius separatur à religione, & eximitur à iugo regulæ. Et ita subfinit Azor. 1. lib. 12. c. 10. q. 7. in fine. Suar. t. 2. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. n. 2. & 4. Sanch. lib. 6. sum. c. 6. n. 27.

21. Hinc deducitur ex renunciatione Episcopatus, aut illius præcisè priuatione Episcopum regularem non reuincere in regularium Prælatorum subiectionem; quia adhuc retinet consecrationem, & Episcopalem dignitatem, ratione cuius exemptio concessa est, esto curam animarum deposuerit. Secus esset si reuictus degradaretur; quia per adualem degradationem omnia priuilegia, & exemptiones auferuntur: sic suffinet Henric. lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 32. n. 4. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. num. 29. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 1. num. 9. Barbosa de potest. Episcop. tit. 1. cap. 4. n. 18. vbi bene aduertit redeuntem ex apostolica concessione inhabilem esse ad officia, & dignitates religionis, iuxta constitutionem 45. Pauli I. V. incipientem in sacra, vbi eligentes variis penis puniuntur.

22. Secunda difficultas est, à quo tempore regulari Episcopo competat supradicta exemptio? Respondeo à tempore electionis per Pontificem confirmata: nam ante confirmationem nec iurisdictionem habet, neque dignitatem obtinet. Ac confirmatione posita dignitatem consequitur, & iurisdictionem exercere potest. Quapropter ab eo tempore sub Pontificis protectione existit, iuxta. Textum in c. inter corporalia de ruanstat. Episcopi. Est ergo ab eo puncto à regularibus Prælatibus exemptus. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. n. 32.

23. Tertia difficultas est, an gaudeat regularis Prælatibus priuilegiis, gratiis, & indulgentiis illius ordinis religiois concessis? Negat absolutè Mendos. de priuileg. ad instar. Gloss. 3. num. 11. Man. Rodrig. tom. 2. quest. regul. q. 58. art. 4. Sanch. lib. 6. sum. cap. 6. n. 33. Mouentur; quia æquum non est, vt gratiis, & priuilegiis ordini concessis fruatur, quis eius onera non sustinet. Verum hæc ratio non est satis efficax: nam esto non sustineat omnia onera religionis, sustinet tamen onera substantialia, & præcipua, siquidem obligatus est castitatem, paupertatem, & obedientiam seruare, Merito ergo priuilegiis religionis potiri, debet. Præterea loco regularium obseruationum succedunt obligationes Episcopatu annexæ. Non igitur ob illarum exemptionem priuari religionis priuilegiis debet, præcipue cum illa exemptio à regularibus obseruationibus religioni honorifica sit. Quapropter existimo regularem Episcopum vt posse omnibus indulgentiis, gratiis, & priuilegiis, quæ ita ordini conceduntur, vt singulis etiam concessa sint, quorumque vltus absque vilo onere, & grauamine religionis esse potest, quia non video efficacem rationem, ob quam iis priuari debeat, atque adeo poterit obtinere indulgentias, absolueret, & absolui à peccatis, sicut ceteri religio illius ordinis possunt, quodque amplius constat ex dicendis: & ita suffinet Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 18. n. 2.

24. Si verò gratiæ, & priuilegia singulis concessa in religionis detrimentum cedere possunt, qualia sunt vocem actiuam, & passiuam habere, residere in domibus doctorum ordinum, retinere suppellectilem, cameram, & alia dictos ordines concernentia solum illis frui possunt de illorum ordinum Prælatorum consensu, & non aliàs, nec alio modo: sic declarauit Sixtus IV. prout referunt in monument. ord. Minor. concess. 365. & tradit Suar. dicto cap. 18. num. 3. Manuel. q. 59. art. 4. Ex qua declaratione non leue argumentum desumitur ad superius dicta confirmanda. Si enim his gratiis, quæ communicati necesse possunt, priuatus non est Episcopus regularis, sed solum ne illis vtatur absque Prælatorum ordinis consensu à fortiori priuatus non erit gratiis, indulgentiis, & priuilegiis quæ nullo modo religioni nocent, & vtentibus prolunt. Neque pro illorum vtu licentia Prælatorum regularium expectanda est, cum non cedat in illorum præiudicium. Præterea quia Sixtus IV. exprimit gratias, & priuilegia, pro quorum vtu Prælatorum consensu necessarius erat, tacite indicat pro vtu priuilegiorum, & gratiarum, quæ non sunt illius conditionis, prædictum consensum non requiri. Illud vero certissimum est priuilegiis, & gratiis corpori religionis, & in fauorem illius, concessis, qualia sunt priuilegia pro domorum adificatione, administratione bonorum, subditorum regimine, & Prælatorum electione nullatenus Episcopum regularem vti posse: quia cum sit à corpore illius communitatis seiunctum, nequit gratiis in illius corporis conseruationem concessis frui: & ita tradit Suar. dicto tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 18. num. 2.

25. Quarta difficultas est, an ea quæ dicta sunt de Episcopis regularibus, competant religiois electis in Cardinales Ecclesie Romanæ. Affirmat communis sententia teste Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 7. q. 4. Sanch. lib. 6. sum. c. 6. num. 34.

ibidem nihil de canonicis regulis expressum est: ipsosque laxiori regula inseruit. Ergo sentiebat decretum illud, ne monachi singuli Ecclesiis præficiantur de præfectura in quibuscunque Ecclesiis esse, & non tantum de Ecclesiis pleno iure religioni subiectis. Nam si de his tantum decretum esset, nihil obstarat, quod canonicis ille regularis, cuius mentio fit in e. quod Dei timorem Ecclesiæ seculari præficeretur. Non inquam obstat prædicti textus, Fateor quidem nulli Ecclesiæ monachos præficiendos esse solos, sed sub diversa obligatione, in Ecclesiis pleno iure subiectis, ac non subiectis in Ecclesiis namque pleno iure subiectis sub gravi culpa, & absolute, quod mihi persuadent. Textus penultimus, & vltimus. De capella monach. ubi compelluntur Abbates socium designare regulari existenti in prioratu, vel illum ab administratione remouere. At in Ecclesiis religioni non subiectis ex decencia, & honestate, si id fieri possit. Et hæc est differentia inter monachos, & canonicos regulares, quod monachi absolute Ecclesiis quibuscunque non debent præfici, sed in maiori conuento, aut cum aliquibus fratribus manere: Et si in aliquo casu ob necessitate, vel grauem Ecclesiæ vtilitatem præficiantur, non absque socio in Ecclesiis ordini subiectis sub rigorosa obligatione, in aliis si incommodè fieri possit. At canonicis regulares, quia laxiori regula inseruntur absolute possunt præfici, & singuli, si commodè socium habere non possint.

P V N C T U M XXVI.

Qualiter religiosus interdictus, vel concessus sit transitus ex vna in aliam religionem.

In Ecclesia variæ sunt religiones, alia strictior, alia laxior. Ires. alia perfectiores. Illa dicitur perfectior religio, quæ perfectionem finem spectat, & perfectioribus mediis, & magis proportionatis ad finem consequendum vitur: sicut dixit D. Thom. ab omnibus receptus 2.2. quæst. 188. art. 6. & tradit aliis relatis Man. Rodrig. tom. 3. quæst. regular. quæst. 48. art. 1. Transitus ergo esse potest ex vna ex his religionibus ad aliam, atque ad eam ex religione stricta ad minus strictam, æqualem, vel strictiorem.

§. I.

An religio eo ipso, quo est perfectior sit strictior.

S V M M A R I V M.

1. An eo ipso, quo religio sit perfectior, sit etiam strictior, durior, & seuerior: Communis sententia negat.
2. Contraria verior est.

Dubium non leue est, an eo ipso quo religio sit perfectior, sit etiam strictior, durior, & seuerior: communis sententia negat: quia seueritas religionis, & eius perfectio ex diuerso capite oriuntur: perfectio namque oritur ex perfectiori fine, & mediis: seueritas ex eo quod illa media asperiora sunt. At constar religiones mendicantes perfectiorem finem habere perfectioribusque mediis vti, quam non mendicantes: quippe attendunt non solum saluti propriæ, sed proximorum verbo, & exemplo: cum tamen religiones non mendicantes propria suorum salute contentæ sint. Ergo mendicantes perfectiores sunt non mendicantibus: & tamen non habent eas asperitates in vestitu, silentio, clausura, abstinentia, chori prolixitate, & similibus, quibus non mendicantes solent vti. Ergo non eo ipso quo religio est perfectior, eo est strictior: sic supponunt Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. q. 3. d. n. 19. Lessius lib. 2. c. 41. d. ubi. 13. n. 100. Layman. lib. 4. summ. tract. 4. cap. 6. n. 10. & alij plures apud ipsos.

2. Nihilominus verius existimo, religionem perfectiorem eo ipso strictiorem, durior, & seueriorem esse absolute, tamen est in asperitatibus corporis laxior sit: sic cum Palud. in 4. dist. 39. q. 2. n. 17. docuit Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. li. 3. c. 9. n. 11. Ratio vero est: quia eo ipso quo est perfectior, perfectiores actus virtutis exercet, sed quo est actus virtutis perfectior, eo est difficilius quia virtus versatur circa difficile. Ergo religio perfectior strictior est. Deinde religio perfectior perfectius, & strictius vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, in quibus essentia religionis consistit, seruare debet. Sed in horum obseruantia rigor, & seueritas religionis præcipue consistit. Ergo perfectior religio absolute strictior est. Præterea Text. in e. licet de Regul. ubi ex laxiori ad strictiorem religionem transitus conceditur, indifferenter vitur nomine strictioris, & sanctioris, manifestè indicans sanctiorem strictiorem esse, & contra. Verum est hoc ita sit, religio minus stricta, & perfecta strictior esse potest quoad corporis asperitates religione perfectiore.

§. II.

An ex religione minus perfecta liceat ad perfectiorem transire, esto laxior sit quoad corporis afflictiones.

S V M M A R I V M.

1. Apponitur ratio dubitandi.
2. Certum est licitum esse huiusmodi transitum. Et satis sit dubitandi rationi.
3. Seclusa speciali prohibitione omnibus licet ex religione laxiori ad absolute strictiorem transire.
4. Moniales ob specialem clausuram non posse ex laxiori religione ad strictiorem transire docuit Azor. Sed contrarium dicendum est.
5. Conuersis, & oblati plures denegant hunc transitum: Sed verius est non solum ad strictiorem, sed etiam ad laxiorem religionem posse transire.
6. Limitandum est, nisi Pontifex laxiori religioni privilegium concedat, ne possint eius religiosi strictiorem ingredi.
7. Quibus religiosi transitus ad strictiorem religionem interdicitur sit iure communi nullus, speciali pluribus.
8. Est supradictus transitus licitus sit, raro tamen consulendus est.

Ratio dubitandi est, quia professione religioni priori tradidisti obsequium, non igitur eam tenuentem dimittere potes, sicuti non potest seruus occasione habendi excellentiorem dominum deserere priorem. Item religio non te expellere potest, dum illi nociuus es, etiam occasione recipiendi vtiliorem. Ergo nec tu deserere religionem debes; quæ tibi non nocet, occasione suscipiendi perfectiorem.

2. Nihilominus certissimum est, licitum esse huiusmodi transitum: eo namque spiritualis profectus, & maior Dei obsequium obtinetur: ob quam rationem tract. de voto diximus licere propria autoritate vorum Deo factum in melius commutare; quia ea commutatio gratior est Deo, ceditque in maiorem videntis vtilitatem. Neque obstat dubitandi ratio. Fateor per professionem te religioni tradi, & non solum Deo, sed etiam ipsi religioni obligari: nego tamen inde sequi te non posse eam dimittere ob perfectiorem assumendam, potes equidem: quia non te tradidisti in seruum, qui non in propriam, sed in domini vtilitatem se tradidit: tu in vtilitatem propriam, & in obsequium Dei te religioni tradidisti, cum autem in religione perfectiori, & maior vtilitas propria, maiorque Dei obsequium adsit, potes minus perfectam religionem relinquere, ut perfectiorem assumes, quia censuris te religioni minus perfecta tradidisse, dum te perfectiori non tradidisti, atque ita suffinet Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 3. Suarez. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 9. n. 1. & supponunt omnes.

3. Hinc fit seclusa speciali prohibitione omnibus esse licitum ex religione laxiori ad absolute strictiorem transire: quia est transitus ex religione minus perfecta ad perfectiorem, deciditurque expressè cap. licet. de Regularib. Notanter dixi absolute strictiorem; quia stat optimè religionem aliquam strictiorem esse in se iunctis, cilicio, aliisque corporis asperitatibus, quæ tamen absolute strictior non sit: eo quod in obseruatione castitatis, paupertatis, & obedientiæ non ita strictè procedat. Religionis vero strictio sicuti & perfectio ex hoc capite potius quam ex aliis corporis asperitatibus desumenda est. Quapropter censio seclusa speciali prohibitione licitum esse cuiuslibet monacho ad quamlibet ex religionibus mendicantibus transire: eo quod sint absolute perfectiores, & strictiores, non tamen è contra, sic docuit D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 8. D. Antonin. 3. p. rit. 16. c. 4. in princ. & §. 4. Paludan. in 4. dist. 38. q. 2. n. 17. & q. 3. art. 1. num. 11. Syluest. verb. relig. 4. q. 1. Nauarr. comm. 4. de regular. num. 2. & 3. Suarez. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 9. n. 10.

4. Notanter dixi omnibus, quia aliquibus visum est moniales ob specialem clausuram non posse ex laxiori religione ad strictiorem transire: sic docuit Azor. t. 1. insit. moral. lib. 13. cap. 8. q. 1. Sed contrarium omnino dicendum, quia olim permixtus fuit hic transitus in Concil. Triburien. 2. q. 4. c. 1. & referretur cap. 12. o. q. 4. Sed per Concil. Trident. & Pium V. clausuram interdicens hæc permissio reuocata non est, neq; hic transitus interdicitur: solum enim interdictus est egressus è monasterio vagationi periculosus, & regulari obseruantia, propriaque perfectioni contrarius, qualis non est egressus in religionem arctiorem, & sanctiorem: & ita docent Man. Rodrig. t. 3. qq. regul. q. 52. art. 6. Sanch. aliis relatis, lib. 6. sum. cap. 7. n. 6. Suarez. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 10. num. 1. Neque credo ad huiusmodi egressum requiri in monialibus eam licentiam, de qua in c. vni. de statu Regul. in 9. & in Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 5. & à Pio V. in proprio motu incipienti decoris

quia in iis decretis sermo est de egressu vagationi periculoso, & obferuantiæ regulari contrario, non de egressu vagationem efficacius excludente, & regularem obferuantiam perficientem: sic Sanch. dicto c. 7. n. 6.

5. Deinde alij denegant hunc transitum conuersis, & oblati, eo quod i se, & sua religionis obsequio veluti serui tradere. sic Abbas cap. non est, n. 3. de Regul. Sed iure optimo contrarium docet Greg. Lopez, leg. 9. verb. Religiosos, tit. 7. part. 1. Sanch. aliis relatis, lib. 6. c. 7. n. 9. Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 10. n. 1. quia in voluntaria traditione semper censetur exceptus transitus ad frugem melioris vitæ. Alias oblatio, quæ in Dei obsequium, & animæ salutem fit, irrationabilis esset: siquidem spirituales profectum, & maius Dei obsequium impeditur. Quinimò existimo cum Suarez, si huiusmodi oblati & conuersi velint religionem profiteri non solum ex illo modo viuendi, qui secularis est, possunt transire ad religionem strictiorem, sed etiã ad quamlibet quantumvis laxiorem; quia professio religionis assumunt statum perfectionis, quod antea carebant.

6. Insuper dixi, nisi speciali prohibitione hic transitus interdictus sit. Potest namque Pontifex laxiori religioni priuilegium concedere, ne possint eius religiosi strictiorem ingredi, tum ob conseruationem illius religionis, tum ob vitandam religionum inquietudinem, tum ob conseruandam religionum pacem. Neque obstat hoc interdicho occludi illis religiosi viam perfectionem, quia hoc damnum, cum speciale sit, ob bonum commune tolerandum est, præcipue cum in qualibet religione omnibus datum sit, si velent perfectionem ad summo gradu consequi. Sanch. lib. 6. sum. capit. 7. numer. 10.

7. Sed inquires quibus religiosi transitus ad perfectionem strictioremque religionem interdictus sit. Respondeo spectato iure communi nullis esse hunc transitum interdichum: imo potius concessus est in cap. statumimus, cap. mandamus 19. quæst. 1. cap. non est, cap. san. cap. significat, & cap. licet de Regular. Iure tamen speciali plurius religiosi est hic transitus interdichus saltem absque licentia expressa, vt ex sequentibus constabit.

8. Verum etiã supradictus transitus licet sit; raro tamen consulendus est, tum ob detrimentum religionis desertæ que videtur quasi contemni, tum ob dubium an in religione assumpta magis perfecturus sis, non enim via perfectionis cognita faciliè deserenda est, vt incognitam, & insolitam amplectaris. Quæ optimè prosequitur D. Thom. 2. 2. quæst. 189. artic. 8. Bernard. epistol. r. ad Robert. & in lib. de præcepto, & dispensat. capit. 20. Basil. in constit. monasticis, cap. 34.

§. III.

Quæ conditiones seruandæ sunt in transitu ad religionem perfectionem, vt licitus & validus sit,

SUMMARIUM.

- 1. Vt prædictus transitus licitus sit triplex conditio exposulatur.
- 2. Si Prælati suo iudicio spectato legitime contradicat, controuersa decidenda est iudicio illius, qui inter illas duas religionis seu monasteria iudicare solet.
- 3. Si superior suspendat licentiam, quousque examinet, an seruentur qualitates requisitæ, teneris abstinere à transitu toto tempore necessario huic examinationi.
- 4. Strictior religio te recipere non potest, nisi petita licentia litteras ferat, vel ei constet iniuste esse denegatam, quia licentia concedenda non est, quousque strictior religio te recipere parata sit.
- 5. Hanc licentiam tibi concedere potest non solum generalis, & provincialis, sed etiam immediatus prælatus conuentus.
- 6. Quid si in ea religione hac causa Provinciali, vel Generali reseruetur, sufficietne tunc à Prælato conuentuali licentiam exposulare? Sub distinctione respondetur.
- 7. Hac licentia petenda est cum humilitate, & puritate. An sufficiat per litteras? Negat Suar. Contrarium est verius.

1. **T**riplicem conditionem assignat Text. in c. licet de Regularib. Prima, ne leuitate, aut temeritate ducaris, sed animo vero, & puro perfectionis victæ inchoanda. Secunda, ne hic transitus cedat in grauem iacturam, vel iniuriam religionis desertæ. Tertia, vt licentia à prælato exposuletur, licet non obtineatur. Cuiuslibet harum conditionis defectus reddit transitum illicitum, quia non zelo charitatis fit. Igitur leuitate, aut temeritate ducaris si in vindictam offensionem acceptæ, vel ob lucrum temporale moueris. Item si ineptus

sis, nec vires habeas laboribus religionis perfectioris sustinendis, Sanchez aliis relatis, lib. 6. sum. cap. 7. num. 11. Iactura vero, vel iniuria religionis desertæ tunc contingit, cum absque culpa religiois ob tum ab illa tranfratum grauius despiciatur, & contemnitur: quo contingente abstinere debes à transitu. Neque obstat absque tua culpa cum contemptum conuenire, quominus euitare non teneris, vique quando contempnus ille præponderat profectui spirituali, quem ex transitu percipere possis: quia vt in dicto cap. licet dicitur, sicut maius bonum minori bono præponitur, ita communis utilitas priuatæ utilitati præferatur, & tradit Panormita ibi, numer. 12. Syluest. verb. religio 4. quæst. 2. Suarez t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. cap. 9. num. 6. Sanchez lib. 6. sum. cap. 7. num. 11. Stante igitur zelo melioris vitæ, & cessante iactura, vel iniuria ordinis deserti petere à superiore licentiam debes, ne videaris bonum obedientiæ contemnere. Quæ obligatio grauis est, & illius omifio peccatum morale per se incutit, vt colligitur apertè ex dicto cap. licet: vbi eodem debito, quo superior tenetur licentiam concedere volenti religionem perfectiorem ingredi, ne instinctu Spiritus sancti resistat, eodem tenetur inferior ab eo cum humilitate, & puritate licentiam postulare. Et præterea, quia, superior ius habet te retinendi, nisi religionem strictiorem appetas, & bono zelo in eius appetitione ducaris. Debes ergo illi manifestare religionem, ad quam transire cupis, & animum, quo ducaris in hoc transitu. Et certe si absque petitione licentia tranfras, licet manifestares non zelo charitatis, & perfectiõnis ducti, sed leuitate, & temeritate, siquidem virtutum obedientiæ ita religionis propriam contemnis. Deinde raro scandalum vitæ posses fugiens incognito prælato. Merito enim ipse, & alij præsumerent te esse fugitium, vel Apostatam. Igitur sub graui culpa teneris hanc licentiam postulare: atque ita pro certo tradit Man. Rodrig. t. 3. quæst. regular. q. 51. art. 3. Nauar. lib. 3. constit. tit. de Regularib. consil. 59. aliis 51. in fine. Sanchez lib. 6. sum. cap. 7. num. 33. Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 10. num. 17. Præter supradictas conditiones nulla alia requiritur iure communi spectato in transitu ad meliorem frugem, sed eo ipso poteris tuam voluntatem exequi prælato non contradicente, vel non contradicente ex legitima causa, vt habetur dicto cap. licet, & Regularibus. Conuentus autem conuentus necessarius non est in hoc transitu. Tum quia in dicto cap. licet solius prælati mentio facta est. Tum quia statibus supradictis conditionibus nec prælatus impeditur transitum potest, neque ipse, nec conuentus religiosum alienat, sed ipse religiosus te alienat in aliud institutum vrens iure suo, Sanchez lib. 6. c. 7. n. 61.

2. Dixi te posse transire postis supradictis conditionibus, si prælatus non contradicat, vel non contradicat ex legitima causa. At contingere potest prælatum suo iudicio spectato legitime contradicere, eo quod existimet religionem, quam appetis sanctiorem non esse, vel eam te appetere ob leuitatem potius, quam charitatem, vel religionem desertam, grauem iacturam pati ex tuo discessu; nullo modo poteris discedere, quousque dubium cesserit, & veritas manifestetur, vt est expressa de cefiso dicti cap. licet. Quocirca dubium est apud quem prælatus sit hæc controuersa decidenda? Cui dubitationi optime responderet Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 10. num. 8. illum esse, qui inter illas duas religiones, seu monasteria causas iudicare solet. Alias si negata licentia per Rectorem, provincialis illius prouocandus esset in fauorem suæ religionis, atque adeo in propria causa, & in præiudicium religionis perfectioris, quam subditus ingredi intendit, sententiam ferret. Neque huic prouocationi obstat, quod in tua religione appellatio sit interdichæ, quia hæc appellatio est facultatis à iure concessa defenso, quam nullum priuilegium remouere intendit, ne Spiritui sancto resistere videatur. Interdichum namque appellationis solum est pro causis correctionem spectantibus; Syluest. verb. relig. 4. q. 2. Sanchez lib. 6. sum. c. 7. n. 37.

3. Illud vero omnino certissimum est, si prælatus à quo petis licentiam illam non denegat, sed suspendit, quousque examinet, an religio, quam peris, perfectior sit, an in eo transitu recto sine ducaris, anve graue detrimentum patiaris religio desertæ: abstinere debes à transitu toto eo tempore, quod necessarium est huic examinationi: aliàs temere procederes, & contra ius, quod superior habet: colligiturque manifestè ex c. cum in veteri ad finem, de Electione; & tradit Sanchez aliis relatis dicto cap. 7. n. 35. & 37. Suarez t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 10. n. 30.

4. Hinc est, strictiorem religionem te recipere non posse, nisi petita licentia litteras patentes ferat, iuxta Text. in cap. statumimus 19. q. 3. vel saltem ei constet proteruè, & iniuste transitum tibi à superiore interdichum. Aliàs prioris religionis ius acquisitum manifestè lædetur, Sanch. dicto c. 7. n. 39. & Suarez supra. Non est tamen superior censendus tranfratum procedere, & iniuste interdicere, ex eo præcisè, quod petita licentia tibi non respondeat; quia potest legitimam causam habere non concedendi. Quapropter tenetis causam denegari responsum retrogræ

§. IV.

An defectus supradictarum conditionum reddat professionem in strictiori religione nullam.

S V M M A R I V M.

1. Negat communior sententia professionem validam esse.
2. Opposita sententia verior est, & respondetur textibus contrariis.
3. Religiosus sic transiens post professionem reuocandus non est. Si vero professionem non emisit, utique.

Triplicem conditionem diximus requiri in transitu ad strictiorem religionem, nempe fieri zelo melioris vite, & abique iactura religionis desertæ, & petita licentia. Dubium autem est, si aliquam ex his conditionibus omitens religionem strictiorem amplectaris valida sit professio? Negat communior, & frequentior sententia, ut videre est apud Sanc. lib. 6. sum. c. 7. n. 88. validam esse. Præcipuum fundamentum est Textus in cap. licet de Regularibus, ubi solum permittitur transitus ad strictiorem religionem, si fiat corde puro, conscientia bona, & fide non ficta: sed deficiente aliqua ex supradictis conditionibus dici non potest fieri transitum corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Ergo illa professio promissa non est: Et confitum: transiens ad religionem strictiorem exterius excusatur à reuocatione in dicto cap. licet, quatenus corde puro, conscientia bona, & fide non ficta dignoscitur transire. Ergo si contrarium cognosceretur, à reuocatione non esset excusanda. Præterea transitus ad strictiorem religionem sine licentia legitima superioris est irritus ab Urbano II. in cap. mandamus 19. quæst. 3. siquidem canonicus regularis ad monachum transiens reuocatur, & memoriale cucullum deferre præcipitur, non quia sit monachus (inquit glossa) sed in memoriam prioris maleficij. Sed hoc decretum nullo textu reuocatur est. Nam est in cap. licet reuocauerit Innocent. III. obligationem expectandi consensum superioris, si forte in cap. mandamus expectandus esset, at non reuocatur obligationem licentiæ petendæ, neque irritationem illius omissionis annexam. Ergo modo est irritus transitus absque licentia, Ergo etiam erit irritus, si fiat temeritate, & leuitate, & in iacturam religionis desertæ. Nam licentia petita stante aliqua ex his conditionibus nulla est. Et quidem quando in petitione licentiæ hæc conditiones superiori occultantur, manifestum est; quia tunc decipitur superior, & licentiam inuoluntariè concedit non concessurus si veritatem agnosceret. Deinde deficit illi petitioni puritas, quæ in dicto cap. licet, requiritur. Si vero superiori manifestetur prauus transiens animus, ipsæque superior licentiam concedat, adhuc nulla est concessio, cum ipse potestatem non habeat permittendi transitum eadem dispositionem Pontificiam.

Nihilominus verius existimo, hunc transitum validum esse, & specialiter ob defectum licentiæ petendæ non esse invalidum docuit glossa in cap. sandi in fine de Regularibus. Et cap. licet, verbo licentiam eodem tit. & ibi Innocent. in fine Syluest. verbo religio 4. q. 1. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 10. n. 12. & alij plures relati à Sanc. lib. 6. sum. cap. 7. n. 94. quamque ipse n. 95. satis probabilem appellat, & n. 92. eam approbat stante iactura, & iniuria religionis desertæ. Mouetur, quia ille transitus ad religionem strictiorem iure naturæ validus est, quia est commutatio voti in rem meliorem, iam est vitietur praua circumstantia finis extrinsecæ, vel iacturæ religionis desertæ, vel debita submissionis prælato. At iure positio non inuenitur irritus, esto sit illicitus aliqua ex dictis circumstantiis concurrente: Ergo, &c. Minorem probō. Non enim est irritus iure antiquo ante Innocent. III. nec per alium Pontificem. Quod ut clarè constet, expendamus textus, ex quibus contraria colligi possunt. Ante Innocent. III. solum inducitur Textus in cap. mandamus, quod est Urbani II. 19. quæst. 3. ubi absolute interdicitur canonico regulari professo fieri monachum, nisi in casu publici lapsus. Quod si de facto id agere tentauerit, ad ordinem pristinum reuocari præcipitur, vitium in choro manendo, & cucullum delatum ad memoriam. Si igitur reuocandus est, ergo professio facta nulla fuit, ut ibi sentit glossa. Sed his, textus non conuenit transitum ad strictiorem religionem esse nullum. Tum quia esto monachorum religio eo tempore esset strictior religione canonicorum regularium quoad aliquas corporis asperitates; non constat strictiorem absolute esse. Tum quia esto esset strictior, & professio valida, optime poterat ob iniuriam suæ religioni factam transiendo sine licentia reuocari beneficio restitutionis, ut ibi commoretur, & penas inordinati transitus luat: sed non quia professio monachalis irrita fuerit; potius enim præsumi debet valuisse, siquidem præcipitur deinceps memoriale cucullum deferre. Adde, concedamus eo textu Urbanum transitum

terrogare, quod si ipse nullam assignet, eo ipso irrationabiliter procedit, & tu poteris transire, sicut si causam manifestè friuolam designaret: Sanc. alius relatis, lib. 6. sum. cap. 7. n. 17. Nunquam debet superior hanc tibi transiendi licentiam concedere, quovis religio strictior parata sit te recipere, ne occasione habes vagandi, ut bene dixit Greg. Lopez leg. 9. tit. 7. part. 1. verbo mas fuerit. Quod si aliquando licentiam concedit, ut in seculo manens facilius strictioris religionis ingressum negociari possis, non eximeris (quidquid dicat Lopez supra) neque eximi potes ab eius obedientia, quovisque strictiorem ingrediaris; quia necessatio subici debes alicui prælato regulari, & cum antè ingressum strictioris religionis illius prælatis non subiciaris, subiectus omnino manes prælato licentiam transiendi concedenti, Sanc. lib. 6. sum. cap. 7. num. 38.

Sed quis est prælatus, qui hanc tibi licentiam concedere potest; Breuiter respondeo esse non solum generalem, & Provinciale, sed etiam immediatum prælato conuentus; quia text. dict. licet solum prælati mentionem fecit, & prælatus conuentualis versus prælatus est, & licentia ab eo postulata bonum obedientiam non contemnitur: sic Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 10. n. 29. Sanc. lib. 6. sum. c. 7. n. 59. Sub hac regula non veniunt monachali præfecti: hæc enim non comprehenduntur in iure nomine prælati, vnde que sola potestate dominatiua gaudent, præcipue in ordine ad domesticam, & politicam gubernationem; ac proinde ab eis non est licentia postulanda, sed ab Episcopo, vel prælato regulari cui sunt immediate subiecti sic. Man. Rodrig. qq. regul. t. 3. q. 52. art. 6. Sanc. lib. 6. sum. c. 7. n. 61.

Sed quidem si in ea religione hæc causa Provinciali, vel Generali referatur, sufficere ne tunc à prælato conuentuali licentiam postulare? Negat Suar. dict. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 10. n. 30. quia eo casu ille non est superior iuxta religionis institutum, ac proinde non petis à superiore. Hæc sententia verissima est, si ex facultate Pontificis hæc referatur fiat. At si solum ex constitutionibus religionis, vel mandato specialis Provincialis, vel Generalis difficultate non caret; eo quod non videatur religio concessione iuris communis eius status derogare posse: at iure communi concessum est sufficere ad huiusmodi transitum petere licentiam à superiore, qui verè superior sit. Ergo religio hoc immutare non potest. Quod si dicas, hoc immutare referuando eam licentiam superiori maioribilibat, quia ea referuatio aduertatur dicto cap. licet, statuerit sufficere licentiam petere à quolibet superiore. Ergo si prælatus conuentualis versus superior existit esse concessione dicti cap. sufficit ab eo licentiam petere. Nequit ergo religio eam petitionem insufficientem reddere, & libertatem tibi à iure concessam coartare. Verum est hoc ita sit, si prælatus conuentualis iudicet expedire rem cum Generali, vel Provinciali tractare, ut in re ita graui maturo consilio procedat, sine dubio teneris expectare ne bonum obedientiæ contemnere videaris.

Sed quomodo petenda est hæc licentia; textus solum dicit debere peti cum humilitate, & puritate. Puritati sit satis, si integrè, & absque vlla fictione tuum animum superiori manifestes, & declares. Humilitati verosimili cum reuerentia debita licentiam exposules. An autem necesse sit ad hanc reuerentiam fieri in præsentia superioris, vel sufficiat per litteras, si ex illius facultate à monasterio abire difficultatem habet; Suar. dicto t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 10. n. 31. credit non sufficere per litteras, si superior ea petitione contentus non sit, sed re esse obligatum ad monasterium redire, & ibi negotium tractare, & ab eo debito modo egredi; Mouetur quia ille modus petendi licentiam est contra ius superioris, ad cuius potestatem teneris redire. Item quia illo modo petendi videatur decipi, & contemni superior. Nihilominus verius credo eum modum petendi licentiam sufficientem esse, quia Textus in supradictis cap. licet, solum exprimit petitionem humilem esse debere: at per litteras satis humilis, & submissa esse potest. Ergo, &c. Item consentiente superiore nec Suar. negat illam petitionem sufficientem esse: sed consentius, vel contradictio superioris non immutat petitionem. Ergo si in vno casu sufficiens est, etiam in alio. Neque est verum ob solum petitionem in absentia, & per litteras te esse obligatum ad potestatem superioris redire; quia sufficienter debet humilitati, & reuerentia satisficisti. Nihilominus tamen, si superior non sit satis certus de tuo animo, sed sincere procedens velle se in præsentia informare, debes (nisi aliud graue incommodum obster) coram illo comparare. At hæc obligatio comparandi non est ex insufficientia petitionis, sed ex diminuta informatione, quam superior habet ad licentiam concedendam, vel negandam.

transitum canonicorum ad monachalem ordinem esto strictiorem prohibuisse, & irritasse, non inde inferitur prohibitum, irritumque esse transitum canonicorum regularium inter se, vel monachorum, aliorumque religiosorum ex laxiori religione ad strictiorem, quia prohibitiones, & annullationes non debent extendi ultra casus expressos. Præterea, esto in illo textu. Urbanus transitum canonicorum prohibuerit, & irritaverit. In cap. tamen statim sequenti videtur irrationem suffulisse, & prohibitionem temperasse: ibi enim ex permissione superioris, & congregationis permittitur transitus canonicorum ad religionem monachalem, in quo manifestè prohibitio facta in cap. mandatum temperata est. Irratio videtur sublata: siquidem receptus monachus sine commendatiis literis non præcipitur reuocari: sed apertius id constat ex decisione Alexand. III. in cap. sanè de Regularibus: ubi canonicus regularis fugiens in aliud monasterium, ibique receptus permittitur remanere, si perfectionis religionis illud sit. Neque ex eo quod textus utatur, verbo *permisso*, inferendum est Pontificem ibidem dispensasse, ut voluit Panormit. quia si dispensatio esset, non steterit ille religiosus ante ralem dispensationem cum pura conscientia, ut supponit textus, & facta dispensatione non esset ibi permittendus existeret absque professionis ratificatione. Neque illa dispositio vim legis haberet perpetuo seruanda, ut verè habet. Verbum autem *permisso* capè non significat dispensare, sed non alterare, nec imutare, sed res in eodem statu relinquere. Ab Innocent. III. est Textus in cap. intelleximus de statu, & qualitate, ubi de canonico regulari facto monacho postea redeunte ad canonicum, ibique in Abbatem electo, quia rite munus suum gererat, approbatur electio. Ergo signum est monachalem professionem nullam fuisse. Sed hic textus, ut constat ex solutionibus, quas ibi adducit Glossa non conuincit, professionem in strictiori religione factam inuálidam esse primò, quia non constat monasterium illud, ad quod ille canonicus transierit, strictius esse. Deinde non constat professionem fuisse, sed solum ibi aliquando permanisse quod fieri poterat in habitu nouitiorum. Tandem inducitur Textus in cap. licet, de Regularibus, ubi exculatur à molestia transiens ad strictiorem religionem, quia dignoscitur corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta transire. Ergo à contrario molestandus esse, si aliqua ex his conditionibus deficeret. At quoties transitus fit in consulto superiori, vel cum iactura religionis deserat, aut ex prauo fine non fit puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta. Ergo transiens deficiente aliqua ex his conditionibus molestandus est. Ergo signum est professionem inuálidam esse. Verum nec hic textus hanc nullitatem probat. Concedo namque sic transentem molestandum esse, quia inordinatè transit. At vnde constat per reuocationem molestandum esse, cum possit seclusa reuocatione alii parèis molestare? Et esto reuocandus esset, non inde inferitur professionem fuisse nullam: quia non reuocatur, ut in priori professione perseueret, sed ut ibi pœnas hinc transitus inordinati, & debito modo transcat. Quo displicet Sanch. lib. 6. c. 7. n. 91. fateri, quando sic transitus cum iactura religionis deserat, in hoc enim casu concedit & professionem valere, & reuocandum esse sic transentem beneficio restitutionis. Ergo ex reuocatione non inferretur sufficientis argumentum ad probandam nullitatem professionis. Præterea aduersus Sanch. sic argumentor. Si transitus cum iactura religionis deserat non inducit nullitatem professionis, neque etiam defectus petite licentiæ, & zeli melioris frugis eam inducere potest. Tum quia æquè hæc conditiones in dicto cap. licet, requiruntur, & eodem tenore verborum, & in eadem clausula sunt constitutæ, ut legenti textum constare potest. Tum quia transiens cum iactura græui religionis deserat, ac proinde peccans non zelo melioris frugis, corde puro, & conscientia bona duci potest. Neque licentiam perit cum debita humilitate, & puritate, siquidem non manifestat circumstantiam ita grauem præiudicij religionis deserat. Ergo dicendum est vel professionem factam, in qua deficit zelus melioris frugis validam esse, vel affirmandum professionem cum iactura religionis deserat validam fore. Ac in dicto cap. licet, pro nulla ex his professionibus est irritatio apposita. Ergo dicendum est, omnes illas validas esse. Post Innocent. III. nullus est Pontifex spectato iure communi, qui transitum ad strictiorem religionem non petita licentia annullauerit. Ergo absolute validus est: excipio constitutionem Martini IV. in extraneam. viam, de regularibus, specialiter loquentem de mendicantibus ordinibus, de qua infra.

3. Ex his inferitur, religiosum sic transentem post professionem in strictiori reuocandum non esse, sed pro qualitate culpæ ibidem puniendum. Quod ut bene notat Suarez dicto cap. 10. n. 27. intelligendum est quando constat religionem ad quam transit strictiorem esse: nam si dubium sit, reuocari potest, quia transitus nullus est, quovisq; superior licentiam concedat, vel eo tenente per superiorem vtrique religioni communem dubium decidatur. Sed quid si non admodum professionem in strictiori religione emisit, & ad illam transiit nò per-

ta licentia, eritne reuocandus? Negat Suarez dicto c. 10. n. 26. sed quod ea reuocatio videatur inuálida, quandoquidem reuocatur petita licentia, sed non concessa reuerti potest. Quæ ratio non est satis efficax: siquidem facta reuocatione, forte religiosus in priori religione mutato proposito permanebat, vel saltem seruato iuris ordine ad strictiorem transiit. Quapropter solum in eo casu censendum non esse reuocandum, quando superior, à quo erit licentia postulanda, certus esset transentem zelo melioris frugis habitum assumpsisse. At quia merito presumere potest potius leuitate, quam charitatis zelo motum esse qui obedientiam virtutem violauit: ea de causa reuocatur transentem absolute potest, ut maturius causam examinet, & transitus fiat iuris ordine seruato & ita docuit Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 95.

§. V.

Quovisq; liceat transitus ad religionem laxiorem vel æqualem iure communi spectato

S V M M A R I V M.

1. Iure communi non licet, sed ex dispensatione.
2. Pontifex nec licitè, nec validè potest concedere transitum absque causa ad religionem minus perfectam.
3. Prælati religiose potest stante causa legitima facultatem tibi concedere transiendi ad religionem æqualem, idèmq; dicendum est de religione minus stricta.
4. Aduersus secundam partem conclusionis arguitur.
5. Fie satis argumentis.
6. Quæ sit causa legitima arbitrio prudentis diuindandam est. Hæc causa legitima ex triplici capite oriri potest.
7. Quis prælati hunc transitum causa iusta intercedente concedere possit: Plures affirmant, Provinciales vel Generalem in non exemptis, in exemptis Episcopum. Verius est spectato iure communi quemlibet prælatum consentiendum posse.
8. Respondetur fundamentis contrariis.
9. An ad huiusmodi transitum in æqualem, vel minus strictam religionem consensus consentus necessarius. Plures negant. Verior est affirmatiua sententia.
10. Satisfit fundamentis contrariis.
11. Transitus ex uno gradu ad alium in eadem religione fieri potest.
12. Hunc transitum facere potest immediatè prælatum consentus, nisi Provinciali, vel Generali referentur sit.

1. **C**auteritate religionem æqualem, vel minus strictam ingredi. Tum quia non potes propria autoritate votum nisi in melius commutare. Tum præcipue, quia per professionem te religioni tradidisti cuius traditionem violare non potes absque legitima causa, quæ nulla alia est, nisi Dei obsequium, & tuis spiritualis profectus. At si religio, ad quam transire vis est æqualis perfectionis, neque maius Dei obsequium, neque spiritualis profectus in eo transitu intercedit. Non igitur propria autoritate id fieri potest. Iure autem positio communi non inuenitur concessus transitus ad religionem laxiorem vel æqualem. Solum enim Martin. IV. in extraneam. viam. de Regularibus, prohibens mendicantibus transitum ad quamcumque religionem sine sedis Apostolicæ licentia Carthusiam ab illa prohibitione exceptis, vel quia paratè Carthusiam omnibus mendicantibus strictiorem esse, vel potius quia paratè esse securiorem. Restat ergo, ut ex dispensatione hic transitus fieri possit. Sed quis est, qui hæc dispensationem valeat concedere tam ad religionem æqualem, quam ad minus strictam? Nemini est dubium Pontificem posse non solum quatenus vniuersalis Ecclesiæ pastor est, sed etiam quatenus est religiosorum supremus prælati: quia id expedit rectè tum Ecclesiæ, tum religionum gubernationi. Sed an id præstare possit absque legitima causa est difficultas, quæ procedit tam de licito viâ, quam de valido.

2. Dicendum igitur est, nec licitè, nec validè potest concedere absque causa transitum ad religionem minus perfectam: docuit post alios antiquiores, Nauarr. comm. 4. de Regularibus. numer. 10. & libr. 3. consil. titul. de Regularibus, consil. 16. aliàs 88. numer. 2. Man. Rodrig. quest. regular. t. 1. quest. 12. art. 10. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 41. Arb. 11. numer. 101. Azor. lib. 12. cap. 14. quest. 8. in fine. Sanchez lib. 6. sum. cap. 7. num. 64. iuncto num. 51. Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 21. num. 14. & 15. Ratio est manifesta, quia in huiusmodi transitu est quedam votorum præexistentiū dispensatio, & reuocatio in vota minus perfecta, sed hæc fieri non potest absolute causa, ut constat ex his, quæ diximus tractat. de Puro.

de voto, dicitur. ultim. ergo, &c. Verum si transitus faciendus est in religionem æqualem valide poterit Pontifex facultatem tibi concedere, si sequamur opinionem asserentem ad votorum commutationem in eundem æqualem nullam desiderari causam; quia est in huiusmodi transitu tollatur prioris religionis prælati ius acquisitionis quod habent te retinendi, cum Pontifex sit supremus religionis prælati, poterit sibi reservare tui obedientiam, & dispositionem, & te per prælatos alterius religionis gubernare. At quia tract. de voto disp. ult. punct. 15. vt probabilius defendimus ad commutationem votorum in æqualem causam desiderari, ideo in præsentem affirmamus Pontificem absque causa non posse huiusmodi transitum concedere nec valide, nec licite. De licita concessione omnes conveniunt, cum rationi dissonum sit iuri alterius acquisitio absque vili causa derogari. Neque enim potestas Pontifici data est in destructionem, sed in ædificationem. Præterquam quod mutare religionem non est per se laudabile, vt supra dictum est. Quid igitur erit nulla causa intercedente? De invalida concessione docet Sanchez lib. 5. summ. cap. 7. num. 64. tamen sentiat commutationem votorum in æqualem fieri absque causa posse, eo quod non possit absque causa iuri religionis derogare: sed hæc ratio inefficax est, quia si potest valide commutare vota inæqualia, commutare etiam poterit traditionem vt pote vota subsequentem præcipue cum hæc traditio non in bonum religionis, sed in tuum spirituales profectum, & Dei obsequium facta sit. Quapropter legitima ratio huius impotentia est, quod nemo possit absque causa votum in æqualem commutare. Non enim censetur Deus iuri per promissionem acquisitionis cedere, nisi alia cessio in maiorem illius honorem cedat.

3. Ex his inferitur nullum prælatum Pontifice inferiorem posse absque causa legitimam transitum ad religionem æqualem, vel minus strictam concedere. Tum quia non potest votorum commutationem in æqualem facere. Tum quia non potest religionem defraudate potestatem, & dominio personæ sibi vitis. Stante vero causa legitima potest prælati regulatis facultatem tibi concedere transiendi ad religionem æqualem, nec dum minus strictam: sic docuit Ponomitan. c. non est n. 6. de Regularibus Gregor. Lopez leg. 9. tit. 6. part. 1. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 33. n. 103. Sanchez lib. 6. summ. c. 7. n. 68. & quoad religionem æqualem docet Suarez tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 1. n. 4. quoad minus strictam solum id reputat probabile n. 20. Fundamentum præcipuum est, quia hæc potestas videtur necessaria ad rectam religionis administrationem: sicut enim prælati religionis per se competit bona religionis administrare, & ea si opus fuerit alienare in casibus sibi non prohibitis sic à fortiori competit personas regere, easque à se alienare, si religioni expediens fuerit. At hæc potestas non est à iure communi restricta: imo potius concessa videtur in cap. statutum 19. quest. 3. vbi ex permissione patris, & totius congregationis conceditur transitus canonice regulari ad monachatum. Neque est certum ibi loqui tantum de religione strictiori: Et in cap. significatum de Regularibus, conceditur Episcopo, vt possit satisfactionem professionem in pubertate ad eandem, vel ad aliam religionem compellere: & licet Glossa explicet ad eandem, vel maiorem religionem, est restrictio absque fundamento: cum textus absolute loquatur, sique sufficiens causa dispensandi in transitu ad laxiorem religionem; eo quod in tenera ætate professionem fecerit, ergo stante eadem, vel simili causa poterunt religionem prælati dispensare cum sibi subditis in transitu ad religionem non solum æqualem, sed laxiorem.

4. Sed aduersus supradictam sententiam obstat primò: quia in hac dispensatione est quedam professionis factæ relaxatio, & dissolutio admixta commutationi in aliam professionem. Sed religionem prælati non videtur posse competere potestas dissolvens religionem professionem. Tum quia eorum adæquatata potestas ex professione nascitur, & in professione fundatur. Ergo esse non potest ad dissolvendam eandem professionem. Tum quia dissolvere professionem concessi transitu in laxiorem est quid omnino distinctum à professione facta, & extra illum statum: ac ob hanc solum causam non potest prælati votum strictioris religionis irritare. Ergo neque poterit professionem factam irritam reddere, vt alia de nouo fiat. Secundo si ob administrationem religionis, quam prælati habet, tibi concedere potest transitum ad religionem laxiorem, cur non poterit ad secularem statum sub voto simplici castitatis, paupertatis, & obedientia, cum in vtroque casu professio facta relaxetur? Tertio in hac dispensatione ius commune leditur, siquidem dimittis habitum propriam religionis habitu laxioris assumpto. Item si monialis es, egederis e claustro extra casus à iure permittos. Quarto in extrauag. viam de Regularibus, prohibetur est mendicantibus transitus ad quameunque religionem Carthusia excepta, absque licentia Pontificis. Ergo nullus mendicantium prælati eam licentiam concedere poterit. Quinto Trident. sess. 25. cap. 19. de Regularibus, interdicit transitum

Errd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

ad laxiorem religionem vigore cuiuscunque facultatis. Ergo extra Pontificem nullus alius est, qui hanc possit facultatem concedere. Secro Gregor. 111. in bulla incipiente cum aliis Societati IESV concessit, vt possit professos electos, seu qui electione digni erant concedere transitum ad quamlibet religionem; cuius privilegij communicationem aliis religionibus interdixit. Ergo signum est religionum prælatos ex se potestatem non habere ad huiusmodi transitum concedendum: & ita tenet Gioffa in c. cum singulari, §. prohibemus, verbo canonice, de Præbend. in 6. Abbas, conf. 96. n. 3. vol. 1. Roman. singul. 452. Suarez lib. 3. c. 1. n. 17. & 20. & alij relati à Sanchez. lib. 6. summ. c. 7. n. 52.

5. Hæc tamen non vigent, vt à communi sententia recedamus, præcipue cum plures ex supradictis rationibus æquè procedant aduersus transitum ad religionem æqualem, quem Suarez dicit cap. 11. n. 4. concedit. Ad primum concedo in hoc transitu interuenire quandam professionem factæ relaxationem. nego tamen non posse prælati competere potestatem ad illam faciendam, non quidem ex iurisdictione per professionem acquisita, vt rectè probat obiectio, sed ex iurisdictione à Pontifice concessa occasione professionis, ob quam iurisdictionem potest prælati dispensare votum actionis religionis, esto illud non possit irritare: quia irritativa potestas nascitur ex professione, & extra professionem, illiusque statum non extenditur, sicut Ecclesiastica iurisdictione. Ad secundum respondeo, ideo non posse prælatum Pontifice inferiorem concedere transitum ex religione ad statum secularem: quia status religiosus est perpetuus, ac prout semel assumptus non potest ab alio, quam à Pontifice absolute dissolui, bene tamen commutari. Ad tertium nego, in hoc transitu ius commune lædi, quia illa non est dimissio habitus religiosi, sed est nouæ religionis habitus susceptio, neque illa egressio ad nouam religionem suscipiendam est, quam Trid. monialibus prohibuit, cum neque ex supradicta habitus dimissione, neque ex hoc egressu deuiat, aut dari possit occasio vagandi. Alias nec licitum esset ob ingressum strictioris religionis habitum prioris deserere, nec monalem ex suo monasterio egredi. Ad quartum respondet Lessius lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 14. & Sanchez lib. 6. sum. cap. 7. n. 68. quibus videtur Layman. lib. 4. sum. 17. 5. c. 6. m. 9. vers. porro. Extrauagantia illam Martini 4. intelligendam de transeuntibus absque legitima causa, vt indicant illa verba, fucatis coloribus, & vt liberius degant, & beneficia monastica consequi volent, non vero de mendicantibus, qui legitimam murandi religionem causam habent. His enim in supradicta extrauag. non interdicit transitum ad aliam religionem ex licentia suorum prælatorum firmant supradicti doctores. Deinde dicunt supradictam extrauag. in hac parte receptam non esse. Ego vero dicendum existimo, est illa prohibitio, ne mendicantes ad aliam religionem absque licentia sedis Apostolicæ facta fuerit, alias si solum in ea extrauag. iis, qui fucatis coloribus, & appetit liberius viuendi, beneficiaque monastica consequendi transitus ad omnes religiones interdicitur, vt qui ad Carthusiam conceditur. Præterea illa prohibitio non solum facta est ad præcludendam ambitione cupiditatis viam, sed etiam pro mendicantium religionum conseruatione, cui fini obstat transitus cuiuscunque mendicantis etiam zelo iustitiæ ducti. Quo circa existimo prælatos ordinum mendicantium per se posse viis subditis iusta causa intercedente licentiam concedere ad laxiorem religionem suscipiendam, nisi supradicta extrauag. illis esset interdicitum, quam mihi non constar receptam non esse. Ad quintum ex Trident. dic prohiberi à Concilio transitum ad laxiorem religionem vigore cuiuscunque facultatis concessæ absque legitima causa, vel absque causæ cognitione, vt olim fiebat, iudicatas tamen concessiones, & legitimas facultates noluit concilium derogare, vt bene dixit Sayro decif. 55. de Regularibus, & approbat August. Barbosa in dicto loco Concilij. Nauarr. tit. Regularibus. lib. 3. conf. 56. num. 3. Lessius lib. 2. cap. 7. num. 68. Ad sextum probare videtur in extrauag. viam ambitiosam mendicantibus esse interdicitum transitum ad quamlibet aliam religionem si quidem illud privilegium concessit Societati, neque permittitur aliis mendicantibus communicatio. Præterea dic Societati esse illud privilegium concessum; quia sub opinione positum erat, an prælati regulares possent sibi subditis licentiam ad laxiorem religionem concedere. Quo privilegio posito omne tollitur dubium quoad Societatem. At quoad alias religiones, quia communicatio interdicitur, relinquuntur sub opinione, sicut erat antea. Denique respondeo privilegium illud esse concessum pro his, qui digni sunt è religione emitti, non pro aliis, qui religioni vitales existunt: & concessum est, vt ex solo Præpositi Generalis consensu fieri transitus possit absque vilo conuentus consensu, quod aliis religionibus nequaquam communicatur.

6. Quæ verò causa censenda sit legitima ad huiusmodi transitum concedendum; Arbitrio prudentis diiudicanda est; minor enim causa ad æqualem religionem, quam ad laxiorem

rem requiritur, & quo laxior fuerit, grauior causa adesse debet: quia est maior votorum relaxatio. Ex triplici capite desumi potest causa legitima ad huiusmodi transitum concedendum: primo, & precipue ex parte religiosi, secundo, ex parte religionis deservit, tertio ex parte religionis assumenda. Ex parte religiosi deservit, quoties ex transitu speratur maior illius spiritualis profectus: quia hic est finis precipuus, ob quem religio suscipitur. Contingere autem potest hunc maiorem fructum sperari in religione laxiori, quam in strictiori; primo, si ad onera laxioris religionis sustinenda aptus sis, non tamen ad sustinenda onera strictioris; ob cuius causam passim indiges dispensatione, quae aliis odiosa est & tibi molesta: sic Abbas, *cap. non est, num. 6. de Regularib. Azor. t. 1. lib. 12. cap. 14. q. 8. Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. n. 72. Suar. t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. cap. 11. num. 22.* Secundo, si ex pravo habitu, depravataque consuetudine, vel ex innata conditione grauem difficultatem sententias in exequendis regulis, & obseruantis illius religionis strictioris, maxime si cum a principio professus es, eam difficultatem exacte non cognoueris. Quia ea difficultate posita raro regulae, obseruantiaeque religioe simiter obseruantur: sic Suar. & Sanch. *locis allegatis.* Tertio, si in ea strictiori religione male, & iniuriam traheris, quia periculum est impatientiae, & charitatis dimittenda. Suar. *dicto cap. 11. num. 24.* Sanch. *dicto cap. 6. num. 72.* Quarto, si odio habeatis a fratribus ob aliquod delictum commissum, cuius te poenitet, & emendationem procuras; quia eo casu odium illud iniustum est, & occasionem tibi praebet in charitate tepeccandi. Sanch. *dicto numero 72.* Quinto, si ob aliquod delictum ea in religione infamatus sis, ratione cuius continuo pudore, & tristitia afficeris quia est magnum impedimentum spiritualis profectus. Sanch. *supra.* Sexto, si tui parentes grauius indignant, quibus in laxiori religione subuenire facile potes, secus in strictiori; quia ea necessitas cum sit ita propria te sollicitum reddet, & anxium; ac proinde non leuiter impediet spirituale profectum. Suar. *cap. 11. num. 24.* Sanch. *dicto n. 72. in fine.* Ex parte religionis strictioris descendit ratio contingere potest causa iusta ad concedendum transitum in laxiorem. Nihilominus in duplici casu aderit haec legitima causa, si qui bene perpendantur, ad praecedentia reducuntur. Primo si in ea religione sint tibi aliqui religiosi occasio violandi vota, & transgrediendi regulas quorum Societatem absque graui difficultate vitare non potes: sic relato Tabiena verbo *religio quast. 23. num. 24.* docuit Sanch. *dicto cap. 7. num. 72.* Hoc autem raro contingeret, si superiori (ut debes) periculum manifestes; ipse enim sua prudentia concedendo tibi vel aliis loci mutationem, periculum remouebit. Secundo aderit ex parte religionis legitima causa, si ob tuas continuas corporis indispositiones, vel conditionem innatam, vel ob aliam causam inutilis religioni strictiori sis, vel non satis ad eius institutum accommodatus. Existimaris autem futurus utilis, & accommodatus religioni laxiori. At haec causa legitima redditur non tam ob utilitatem religionis, quam religiosi, cuius utilitas in hoc transitu precipue spectanda est. Ex parte vero religionis laxioris assumenda contingit causa legitima, si ex eo transitu singularis aliqua utilitas maxime spiritualis speratur illi religioni prouentura. At haec causa cum non cedat in specialem religiosi utilitatem neque in utilitatem religionis deservit, sed potius in illius, omnium legitima non est comparatione praetatorum religionis descendit: quippe ipsis incumbit bono suorum subditorum, & propriae religionis augmento consulere, non alienae, cum ergo hoc bonum cesset, nequeant transitum, concedere. At erit legitima causa comparatione praetati utriusque religionis communis, ut notauit Suar. *dicto t. 4. de relig. tract. 8. lib. 9. cap. 11. n. 24.*

7. Sed quis est praetatus, qui hunc transitum causa iusta in antecedente concedere possit? Plures affirmant non esse immediatum praetatum conuentus, sed in exemptis Prouincialem, vel Generalem, in non exemptis Episcopum: sic expresse Anton. Cucus *lib. 3. instit. mor. tit. 1. num. 137.* Sanch. *lib. 6. sum. cap. 7. num. 70.* Mouentur: quia religiosus ille non est traditus per professionem illi speciali conuentui, sed conuentibus totius prouinciae. Ergo qui praesert toti prouinciae, & non alius poterit hanc transuendi licentiam concedere. Deinde praetatus immediatus conuentus nequit religiosum ex vno in alium conuentum transferre, ergo minus poterit in aliam transferre religionem. Nihilominus verius credo spectato iure communi, de quo in praesenti est sermo, hanc potestatem habere quemlibet praetatum conuentuale: sic docuit Suar. *t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 11. n. 5.* loquitur tamen de transitu ad religionem aequae strictam: eius fundamentum aequae probat de minus stricta. Fundamentum igitur est; quia praetatus immediatus conuentus per se habet potestatem bona conuentus, & illius personas administrandi. Ergo si a superiore praetato non sit illi restricta potestas, poterit religiosus sibi subdito hinc transitum concedere: quia haec concessio ad rectam sui subditi administrationem pertinet. Praeterea in hoc transitu

duo reperiuntur, scilicet votorum commutatio, & illius personae in alteram religionem alienatio. At utrumque praetate poterit praetatus conuentualis aequae ac Prouincialis, quia ob iurisdictionem, quam habet, vota commutare poterit, & ob administrationem sibi a religione concessam poterit nomine religionis subditum alienare, & obedientiam, sibi alicuique superioribus debita cedere. Fauet huic sententiae *text. in statum. 19. q. 3. vbi ex permissione Patris, & totius congregationis transitum permittitur.* Nomen enim Patris immediatus praetatus conuentus intellegitur. Video tamen dici posse ibi loqui textum de transitu ad strictiorem religionem, sed non constat. Deinde probari potest aperiens *ex c. non est de Regularib. vbi ex ordine Cisterciensium, qui strictissimus reputatur, prohibetur transitus ad aliam quamcumque religionem sine licentia Abbatis.* Supponit ergo textus ex licentia Abbatis transitum permitti posse. Et licet Glossa ibi; verbo *permittitur* addiderit aduertum *maxime* supradictae prohibitioni: quo addito excluditur permisso: quia facit hanc sententiam, Monachos, vel conuersos Cisterciensium ordinis post professionem maxime sine licentia suorum Abbatum per Episcopos recipi nullatenus permittitur. Est tamen additio sine vltimo fundamento, ac proinde non recipienda.

8. Rationes vero in contrarium non videntur: Ad primam respondeo probate manifeste solum Generalem totius ordinis potestatem habere ad illum transitum concedendum; si quidem religiosus per professionem non singulari conuentui, vel prouinciae traditur, sed toti ordini, & religioe aequae promissae solus praetatus totius ordinis potest illum ad religionem alienare. Cum autem contraria sententia censetur Prouincialem posse, conuenit manifeste ex potestate a tota religione accepta id praetate, id ipsum ego dico de praetato conuentuali. Ad secundam concedo, non posse praetatum conuentualem ex vno conuentu in alium transferre; nego tamen inde sequi ad huiusmodi transitum licentiam concedere non posse, tum quia inde probaretur neque ad religionem strictiorem posse licentiam concedere. Tum quia est longe diuersa ratio, nam superior transferens religiosum ex vno in alium conuentum, ad quem transferret, vel religiosum recipiat; concedendo licentiam ad strictiorem, laxioremve religionem non obligat religionem, ut recipiat, sed tantum id permittit cedens iuri, quod habet retinendi in se religiosum.

9. Sed inquirent an huiusmodi transitum in aequae vel minus strictam religionem consensus conuentus necessarius sit. Plures doctores negant esse necessarium, sed solum ad maiorem cautelam postulandum esse sic docuit Innocent. *cap. fin. n. 1. de renunciat. & ibi Ioann. Andr. n. 7. Holtien. n. 3. Anton. n. 13. Ad adiutorium ad Abbatem cap. non est, lit. C. ad finem de Regularib. Mouentur;* quia nullibi habetur consensus conuentus necessarius fore. Nam Text. *in cap. statum. qui ad id probandum inducitur non de transitu ad laxiorem religionem, sed potius ad strictiorem loquitur, in quo casu diximus necessarium non esse conuentus consentum;* quia praedicta textus dispositio restricta est per Text. *in c. licet de Regularib. vbi sola petitio licentiae, non illius concessio requiritur in cap. autem statum. & petitio, & concessio requisita erant, ut constat ex illis verbis sine Patris, & totius congregationis permissione.* Quare sublatam necessitate consensus praetati tollitur necessitas habendi consensus conuentus: Adde in aliis codicibus expunctam esse illam dictionem, & legitime sine Patris totius congregationis permissione, sicuti notauit Suar. *to. 4. de Relig. ar. 8. lib. 3. c. 10. n. 29.* Praeterea textus in *cap. non est de Reg. qui prohibet Cisterciensibus, transitum ad aliam religionem, solius Abbatis mentionem fecit, non conuentus, ibi: sine licentia Abbatis suorum.* Adde rationem: quia huius licentiae concessio est actus iurisdictionis competens praetato ratione officij, ergo in illius vltimo consensus conuentus necessarius non esse. Quod si dicas necessarium esse: quia est alienatio personae monasterij velis, in alienatione autem rei pretiose consensus conuentus exposulatur; obstat, quia illa non est alienatio, sed iuris, quod religio habet in religiosum, cessio. Non enim religio re alteri religioni tradit, sed tu te ipsum tradis posita tuae religionis cessione. Item est alienatio non voluntaria, sed necessaria, & a iure inducta, & non rei temporalis, sed personae liberae. Consensus autem conuentus non pro cuiuscunque rei alienatione, sed pro alienatione rerum temporalium exposulatur; alias in hac alienatione religiosi necessarius esset tractatus, & aliae conditiones requisitae in rerum Ecclesiasticarum alienatione, quod nullus dicit. Nihilominus verius censeo consensus conuentus exposulandum esse; sic docet Gloss. *cap. cum singula verbo canonice de Prebend. in 6. Cardinal. in cap. fin. n. 2. q. 3. de renunciat. Less. lib. 2. cap. 41. dub. 13. n. 103. & 107. Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 66.* Mouentur, quia in his, quae pertinent ad commune religionis bonum, & illius conseruationem nequit praetatus absque suae congregationis consensu disponere. At dimittere religiosum, & illius debita obedientiam cedere pertinet ad commune religionis bonum, eiusque conseruationem, ergo nequit fieri absque religionis consensu. Si enim absque consensu conuentus natus admitti potest

potest ad professionem ve diximus disp. 2. p. 3. à fortiori admittit dimiti non poterit.

10. Neque obstant in contrarium adducta. Negati enim facile potest Text. in c. statumus loqui precisè de transitu ad strictiorem religionem. cum nullum ibi sit verbum hanc limitationem indicans. Et licet huius textus dispositio restricta sit per Text. in c. licet de Regularib. id intelligendum est non absolute, sed quoad transitum ad strictiorem religionem; quare integra manet dispositio dicti cap. statumus quoad transitum ad laxiorem, vel æqualem. Ex Text. in cap. non est, solum inducitur argumentum negativum, quod in iure infirmum est. Adde illa verba, sine licentia Abbatum non denotant consensum contentus debere excludi, sed potius indicant adesse debere; quia debet esse licentia Abbatum legitima, qualis non est absque contentus consensu in iis, quæ ad bonum religionis, eiusque conservationem pertinent. Ad rationem concedo competere prælato ratione sui officii hanc licentiæ concessionem, nego tamen eam posse concedere contentu inconfulto.

11. Superest solum dicendum de transitu intra eandem religionem ex vno gradu ad alium, ex gradu inquam illorum, qui choro sunt deputati ad gradum laicorum, ex gradu scholasticorum in Societate ad gradum coadiutorum temporalium, vel e contra; an inquam hæc translatio fieri possit, & ex qua prælato dicendum est fieri hanc translationem posse; quia nullibi est prohibita, idcirco passim exercetur. Non enim in hac translatione mutatur religio, sed intra eandem religionem, & vorum obsecrationem exercita, & officia mutas, diversisque ministeriis incumbis, & destinatis: ita sustinet Sorus lib. 10. de iust. g. 5. ar. 3. circa finem verba. Ad not. r. 1. lib. 10. e. 6. g. 7. Sanch. aliis relatis lib. 6. sum. c. 7. n. 80. Quoad causam attingit, distinguendum est; si translatio faciendæ est ex statu inferiori scilicet laicorum ad statum illorum, qui choro sunt deputati nulla specialis causa requiritur præter statum altitudinem, quia est ascensus ex inferiori statu ad superiorem, & ex minus perfectis exercitiis ad superiora. At si translatio e contra faciendæ est, grauis causa adesse debet ob contrariam rationem quia per se est descensus. Illa igitur sufficiens erit, si ad litteras addiscendas, superioraque ministeria exercenda minus aptus existas, cum tamen habilis inueniaris ad inferiora; quia ea mutatio religioni vilior est; vel si speciali affectus, & singulari amore humilibus officiis, & ministeriis laicorum incumbas, quia sic excessum spiritualis profectus, quem ex superioribus ministeriis deducere poterat, compensaturus præsumeris. Nunquam tamen hæc translatio maxime ad inferiorum statum faciendæ est te inuito, nisi forte penam delicti grauis, sic Sanch. dicto. c. 7. n. 81. ramesis Sum. 1. 4. de relig. r. 10. lib. 4. c. 17. n. 9. videatur contrarium sentire in Societate. 12. A quo autem prælato hæc translatio faciendæ est? Sanch. dicto loco cenfer à solo Provinciali, vel Generali fieri posse, & cum consensu contentus; quia est res grauis. At ex legitimo per se ab immediato prælato contentus posse fieri; quia integre, & plenè bonorum & personarum contentus administratio illi commissa est; neque video causam, ob quam ad Provinciale debet esse recursus, præcipue cum Provinciali, vel Generali relinquatur potestas hanc translationem reuocandi, si expedire iudicauerint. Dixi per se; quia ex vltu, & consuetudine religionis, vel specialis ordinatione poterit esse hæc translatio Provinciali, vel Generali referata, sicuti in Societate I. E. S. V. vt bene notauit Sanch. dicto. c. 7. n. 81. est Generali referata, atque, adeo nec Rector collegii, nec dum Provinciali Generali inconfulto hanc translationem ex vno in alium gradum facere possunt. Solum enim Provinciali permittitur, reg. 67. eiusdem. intra biennium applicare gradui scholasticum, vel laicorum, quos indifferenter receperit. Sed hæc non est translatio ex vno in alium statum, sed vnus determinatio.

§. IV.

Quousque spectatis religionum priuilegiis liceat transitus ad religionem strictiorem, æquæ, vel minus strictam.

S V M M A R I V M.

1. Expenduntur priuilegia concessa Societati I. E. S. V.
2. Pontifex non interdixit iussit transiunt in aliam religionem, sed ne fieret absque eius, vel Præpositi Generalis licentia.
3. An si ante tempus à superiore præfixum mutes propositum transiendi, vel cognoscas in religione non esse admittendum, tenearis ad propriam redire.
4. Contrarium dicendum est, Et statisti rationi dubitandi.
5. An Societas, ex cuius licentia Carthusiam, vel aliam religionem ingressus teneatur redeuntem recipere? Sub distinctione respondetur.
6. Religio, ad quam ex facultate legitima transiit recipere non potest animo concedendi licentiam, vt extra clausuram perpetuo, vel per multos annos maneat, nisi Ferd. à Casto Sum. Mor. Pars 111.

- causa graui existente.
7. An Generalis Societatis possit scholaribus, & professis permittere transitum ad religionem laxiorem. Proponitur negatiua sententia.
 8. Affirmatiua verior est.
 9. An Societas possit modum Generali Præposito prescribere vtendi hoc priuilegio? Distinguitur de valido, & licito vsu.
 10. An alius à Præposito Generali possit concedere professis transitum in aliam religionem? Præcedit dubitatio de congregatione, & vicario generali.
 11. Præpositus Generalis, nisi Societatis instituto inuicilis sit spererisque fore vtilis alterius & religionis instituto obligatus non est sibi transitum concedere.

1. Non est animus inuestigare priuilegia omnibus religionibus concessa, sed tantum concessa Societati I. E. S. V. Quilibet enim religiosus propriæ suæ religionis priuilegia noscet. Igitur in Societate I. E. S. V. est priuilegium concessum à Paulo III. in Bulla incipiente, Licet debetum, edita anno 1529. & habetur in litteris Apostolicis pag. 33. & est priuilegium concessum à Pio V. in Bulla incipiente, Equum reputamus, edita anno 1565. & habetur in litteris Apostolicis pag. 94. vt nullus siue professus, siue scholasticus, siue coadiutor ad alium ordinem præterquam Carthusiensem transire possit, nisi de expressa licentia ipsius Præpositi, aut Sedis Apostolicæ sub pena excommunicationis referatæ Pontifici, vel Societatis Præposito tam aduersus recipientes quam receptos, declaratque transitum esse nullum. Volenti autem ad Carthusiam transire tempus trium mensium est præscribendum, ad alium verò ordinem Generalis Præpositi arbitrio relinquatur. Quod si intra dictum tempus non ingreditur, vel non admittitur, vel non perseverat ad Societatem redire teneatur sub prædicta excommunicatione, quam tam ipse, quam illum recipientes, vel ei auxilium, consilium, vel fauorem præstantes incurruntsic habetur in dicta bulla Pij V. & referitur in compend. priuileg. Societ. I. E. S. V. verbo apostata §. 9. Insuper concessit Pius V. viuz vocis oraculo, vt in eodem compendio verbo apostata §. 11. referatur. confirmatumque est à Gregor. XIII. in Bulla incipiente, Dilecti filii, edita anno 1584. vt quilibet à Societate semel tantum absque Præpositi Generalis consensu tentare possit Carthusiam ingressum cuius gratiæ communicationem aliis religionibus interdixit. Præterea Greg. XIII. in sua bulla incipiente, Cum alias felicitate recordationis, edita anno 1582. intendens dubitationem tollere, quæ ex supradictis priuilegiis ortiri videbatur; an inquam Præpositus Generalis possit etiam professos ex causis id exigentibus ab ipsa Societate emittere, aut eis sic emissis liberum sit de eius licentia se ad quemuis alium mendicantium, vel non mendicantium ordinem transferre. Re perpenfa, diligentiuseque examinata Societatis puritati, atque incremento, emissorumque pro tempore saluti consulere volens statuit, vt deinceps, in perpetuum liceat dicto Generali Præposito, quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, vt eosque de ipsius prælati licentia, non raptum ad Carthusiensem, sed ad quemuis alium mendicantium, vel non mendicantium paris, laxioris aut auctioris obleruantie ordinem per ipsum Præpositum illis præscribendum, de consensu tamen superiorum loci illius destinabuntur, demigrare, & c. interdicitque hæc gratiam communicari aliis religionibus. Denique Paul. V. anno 1600. 31. Aprilis. Carmelitis discolcatis concessit neminem de suo ordine posse ad Carthusiam transire, nisi petita, & obienta facultate à suis superioribus, quam facultatem sibi Generalis referauit. Quo priuilegio vtique Societas per viam communicationis, iuxta bullam Pij V. quæ incipit, dum in desese, editam anno 1571. & iuxta bullam Greg. XIII. editam anno 1575. incipientem, Decet Romanum Pontificem, & notauit Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 31. Ex quibus omnibus inferitur Societatis religiofos ad nullam religionem etiam Carthusiam transire posse sin Sedis Apostolicæ, vel Præpositi Generalis consensu, Præpositi tamenque Generalis transitum concedere posse etiam ad religionem laxiorem iis, quo e Societate emittere iudicauerit.

2. Superfluum tamen aliquæ difficultates enodandæ pro maiori dictorum priuilegiorum intelligentia. Prima difficultas est; qua ratione Pontifici liceat Societatis religiofos transitum in omnem religionem interdiceret? Ratio difficultatis est; quia vel iudicat Societatem omnium religionum strictissimam, vel credit aliquam strictiorem esse. Primum non videtur affirmandum. Quia maior, vel minor religionis strictio, & perfectio difficile cognoscitur. Neque humilitas Societatis, quæ se omnium religionum minimam recognoscit, pareretur se omnibus antefere. Et præterea quia Paul. III & Pius V. permittunt Societatis religiofos solum vnicum transitum in Carthusiam, ergo saltem Carthusiam iudicatur Societate strictior. Quod non leuiter confirmari potest ex extrinsecis viam, de Regularib. concedente omnibus mendicantibus transitum ad Carthusiam. Si autem aliqua alia religio vel ex mendicantibus, vel ex non mendicantibus strictior Societate est, nequit Pontifex,



ad illam tibi transitum denegare. Tum quia resisteret spiritui Sancto viam perfectionis maioris precludens. Tum quia in qualibet professione conditio melioris fragis imbibitur. Respondeo religiosis Societatis non interdici transitum in aliam religionem, quia Societas omnium strictissima, & perfectissima iudicatur: sed quia forte non apparet alia perfectior, & in observatione votorum strictior; tamen in asperitatibus corporalibus strictior inveniatur, & ad consequendam propriam salutem securior. Ob quam rationem permittitur potuit Pontifex unicum transitum in Carthusiam, sed non multiplicem. Præterea quod præcipuum est, & notandum, Pontifex non prohibuit lecturis transitum in eam religionem, sed ne fieret absque eius, vel Præpositi Generalis consensu. Cum enim in huiusmodi transitu non solum spectanda sit perfectio, & strictio religionis, ad quam transitur, sed eius cum religioso transeunte proportio, & convenientia, itemque animus ipsius transeuntis, ac veritate, an zelo iustitiae ducatur, ac denique iactura religionis deserta, merito potuit Pontifex transitum ad perfectiorem religionem non absolute, sed absque eius licentia prohibere, vt hac prohibitione facta transitus fiat debita consideratione, & maturo consilio: sic Suar. larius probans t. 4. de relig. tract. 8. lib. 3. c. 12. à n. 5.

3. Secunda difficultas est; an non obtemperare ad Carthusiam: vel ad aliam religionem, si antequam illi tres menses, vel tempus à se superiore præfixum elaboratur mutes propositum transeundi, vel cognoscas à religione admittendum non esse; teneas ad propriam religionem redire, vel possis licite, & absque vlla pena toto eo tempore extra religionem esse. Ratio dubitandi est, quia Pontifex solum tibi prohibet ne ultra illud tempus reditus differas; si intra illud intentum non obtemperas; non tamen imperat, vt ante illud tempus redeas, sed potius toto eo tempore te liberum relinquit. Ergo non recidens non peccas, neque vllam penam incurris. Quod si dicas mutato proposito, vel repulsa cognita cessare causam, ob quam licentia concessa fuit, obstat; quia licentia non fuit concessa ob actualem ingressum futurum, sed vt illum negociari posses. At etsi mutes propositum, vel religio noluerit te admittere, adhuc potentiam habes negociandi ingressum. Quia religio retrocedere potest ab illa præfenti voluntate, & tu potes ad pristinum propositum redire. Præterea, quia superior solum videtur spectasse potentiam negociandi, quam credidit te habere tempore quo licentiam concessit, non potentiam, quam successu temporis esses habiturus.

4. Nihilominus dicendum est, te obligatum esse regulariter sub graui culpa ad religionem redire, si firmiter mutes propositum ingrediendi, vel certo cognoscas in ea religione admittendum non esse tamen diligentissime procures. Quia iis positus inutilis, & frustranea est negotiatio; at licentia concessa est ob spem vtilis, & fructuosæ negotiationi non solum quæ adit tempore negotiationis, sed quæ comiter licentiam, dum ipsa durauerit. Ergo cessante ea spe cessat licentia. Alias liceret religioso esse extra claustrum nulla necessitate, vel utilitate intercedente, quod non est dicendum: & ita sustinet Suar. ditto. tom. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 12. n. 27. Et per hæc satisfactum est rationi dubitandi.

5. Tertia difficultas est, an Societas ex cuius libertate Carthusiam, vel aliam religionem ingressus es teneatur te redeuntem recipere; Breuiter respondeo, si professionem fecisti, nec teneri, nec posse; quia ea professione Societatis professio extincta fuit. At si ante professionem factam redeas omnino obligata est te recipere; quia verus religiosus Societatis es, à qua non es absolute dimissus, vt suppono, sed dimissus solum, vt aliam religionem probes. Qua probata, & repulsa ad pristinam obligaris sub pena excommunicationis reuertat redire. Ergo ipsa religio obligationem habet te recipiendi. Adde Societatem non cessisse, nec cedere potuisse iuri te gubernandi, alendi, & retinendi nisi sub conditione, quod in alia religione profitearis. Ergo te non profitemente cessat facultas data, & obligatur te redeuntem recipere & nolentem reuocare. Syluest. verb. religio. 4. q. 5. Greg. Lopez. leg. 9. verbo à vras. tit. 7. part. 1. Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. num. 104. Snat. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 12. n. 30. Verum si nulla requisita licentia, vel ea subreptiue, & fraudulenter obtemperas religionem strictiorem, vel laxiorem ingrediaris, cum ille ingressus nullus sit, teneas sine mora ad pristinam religionem redire, eaque religio obligata est te admittere, iuxta cap. fin. de Regul. puniendum tamen pro qualitate culpæ: sic Sanch. ditto. c. 7. n. 105. Excipe, nisi ex illa culpa, & aliis à te commissis sufficientem dimissionis causam dederis spectatis illius religionis constitutionibus. Dimissus autem, seu repulsus à priori religione ad posteriorem etiam si laxior sit, redire potes, esto non tenearis; quia tunc ex potestate à iure concessa redis, ratificare tamen debes professionem, eo quod nulla extitit. Sanch. ditto. c. 7. n. 106.

6. Quarta difficultas est; an religio ad quam ex facultate legitima transis te recipere possit animo concedendi licentiam, vt extra claustrum perpetuo, vel per multos annos maneat? Breuiter respondeo, id absolute fieri non posse. Tum quia est

irrationabilis concessio, & contra bonum religionis, & etiam subditi, cui occasio vagandi datur, & multis periculis exponitur. Tum quia is modus recipendi prohibitus est à Triid. sess. 14. c. 11. dicens: Nemo cuiuscunque ordinis prælati, vel superioris vigore cuiuscunque facultatis aliquem ad habitum & professionem admittere possit nisi in ordine ipso ad quem transferatur sub sui superioris obedientia in claustrum perpetuo maneat. Verum si causa aliqua grauis extiterit, quæ prælati possit alii eiusdem ordinis licentiam concedere manendi extra claustrum aliquo longo tempore, non peccaret, neque contra Concilium procederet, qui animo concedendi eam licentiam te reciperet. Quia recipis sub intentione licentiæ honestæ, & legitime concedendæ. Neque id est contra Concilium, quia Concilium non intendit nouum ius constituere legitimæ licentiæ prohibendo, sed intendit occasionem vagandi tollere, licentias irrationabiles manendi extra claustrum intercedendo. Atque ita sustinet. Nauarr. com. 4. de regul. n. 11. & 12. Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. n. 82. & seqq. Man. t. 3. regul. quæst. 9. art. 4.

7. Quinta, & grauior difficultas est; an Generalis Societatis possit scholasticus, & professus permittere transitum in quamlibet aliam religionem etiam laxiorem? Non dubium, hunc transitum permittere posse comparatione illorum, qui ob sua delicta digni sunt, vt à religione expellantur, quia id expressè dictum est à Greg. XIII. in bulla, quæ incipit, cum aliis. Quære difficultas solum est, an etiam comparatione illorum, qui culpas expulsiōne dignas non commiserunt, quique à Societate digne, & iuste retinentur, possit Præpositus Generalis facultatem concedere ad laxiorem religionem transeundi? Negat Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 12. à n. 38. & seqq. Mouetur, quia transitus ex mendicantiis ad quamlibet religionem monachalem (Carthusia excepta) prohibitus est absque licentia Pontificis in extrauag. vnam. ambitiosa. de Regularib. Transitus vero ad religionem laxiorem cauetur à Triid. sess. 14. c. 11. ne fiat cuiuscunque facultatis vigore. At aduersus has prohibitiones Præpositus Generalis non est speciale privilegium concessum. Ergo nequis suis subditis professis concedere transitum ad religionem laxiorem. Minore probat quia Paulus III. Pius IV. & Pius V. solum in constitutionibus suis interdixerunt, ne vllæ ex Societate ad quamlibet aliam religionem (Carthusia excepta) transferret nisi de licentia Sedis Apostolicæ vel Generalis Præpositi. Sed ex hoc interdicto non inferitur Præpositum Generalem posse concedere licentiam ad laxiorem, sed ad summum posse concedere ad eam religionem, ad quam spectato iure communi concedere potest scilicet strictiorem. Nam verba in constitutione posita exprimebant sine iuxta commune insita vt quoad minus fieri possit, illud laxant. Igitur excipiuntur Pontifex, & Generalis Præpositus iuxta potestatem, quam spectato iure communi vniuscuique habet, vt scilicet nullus est Societate possit transire ad religionem quamcumque sine Pontifice, vel Præpositi Generalis licentia; sine inquam Pontificis ad monachalem, vel laxiorem sine licentia Præpositi Generalis ad qualem, vel strictiorem. Ergo ex his constitutionibus non habet Præpositus Generalis potestatem concedendi licentiam ad religionem laxiorem. Ex bulla autem Greg. XIII. incipiente, cum aliis eam potestatem non habet. Quod sic probat. Nam ex bulla, vt constat ex ipsius proemio expalita fuit ad decidendum dubium ortum ex concessione Pauli III. Pij IV. & Pij V. nempe an Præpositus Generalis valeret etiam professos ex causa id exigentibus ab ipsa Societate emittere, aut eis sic emissis liberum sit, de eius licentia se ad quemvis alium mendicantium, vel non mendicantium ordinem transferre. Quia dubitatione posita inquit Greg. Nos te perpena, atque diligenter examinata Societatis ipsius prioritati, atque incremento, emissorumque pro tempore saluti consulere volentes ita iuris, vt deinceps in perpetuum liceat dicto Præposito, quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, eosque de ipsius prælati licentia non tantum ad Carthusianum, sed ad quemvis alium mendicantium, vel non mendicantium ordinem, vel præfatum, de consensu tamen superioris loci illius quo destinabatur demigrare in eiusque professionem pro loci illius monachos, aliosque regulares eiusdem emitti solitam, emittere, habitumque suscipere, & conuersa vt eorum disciplina. Ex quibus verbis solum conceditur Præposito facultas permittendi transitum ad laxiorem iis, quos emittere est Societate iudicauerit. At iudicare non potest aliquem ex professis emitti debere, nisi graues culpas dignas emissionem commiserit. Ergo ex huiusmodi bulla Præpositus Generalis facultatem non habet concedendi licentiam in laxiorem religionem transeundi iis, qui cum transitum appetunt, eo quod Societatis ministeris non ita habiles existant, vel ex eo quod spectant in alia religione maiorem spirituum lem vel ex eo quod spectant in alia religione maiorem spirituum lem vel ex ratione, quæ mouetur Pontifex ad hanc concessionem faciendam, quæ est Societatis puritati & illius incremento, & emissorum saluti consulere. Sed ad hunc finem sola illorum dimissio pertinere potest, qui existentes in Societate delinquentes quia iis suis culpis Societatis puritati, & illius incremento ob-

stat.

stant, sibi que nocent. Ergo pro his tantum, & non pro professis probis, & vniuersis facultas concessa est. Quod si dicas, inde inferri nullum speciale privilegium Societati concedi. Nam posse professis, expulsiōe dignis dari facultatem ad quamlibet etiam laxiorem religionem transire: quilibet habet religio, imo ipsemet religiosus dimissis eam potestatem habet; cum ergo Pontifex in hac bulla privilegium concedat Societati, cuius communicationem aliis religionibus interdixit, asserendum est, aliquid speciale concedi, atque adeo extendi non solum ad professos expulsiōe dignos, sed etiam ad quoscunque alios. Respondet Suar. dicto c. 12. n. 42. id speciale in Societate concedi, vt ex leuioribus causis, modō puritati, & incremento Societatis obstant, dimitti professus possit, optione data transire ad aliam religionem determinatam etiam laxiorem. Deinde respondet, illud privilegium Societati concedi ad dubitationem subortam tollendam, non quia necessarium foret.

8. Nihilominus verius existimo ex supradicta bulla Præpositum Generalem habere privilegium concedendi transitum etiam ad laxiorem religionem omnibus è Societate professis, quamuis nulla delicta commiserint neque expulsiōe digni sint sic docet Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 58. in fine. Et n. 71. Suar. ubi contrarius r. 4. de relig. tr. 10. lib. 11. c. 2. per totum. Mouet quia Greg. XIII. volens consulere Societatis puritati, atque incremento, emissorūque salutis, privilegium Præposito Generali concessit, vt quos iudicaret ab ipsa Societate: emittere, tum ob Societatis puritatem, tum ob eius incrementum, tum ob emissorū salutem, transitum ad quancunque religionem concedat. Sed ad Societatis puritatem, & ad illius incrementum, & præcipue ad emissorū salutem non solum pertinet concedere transitum iis, qui ob sua scelera, & peccata digni sunt expulsiōe, sed etiam iis, qui minora delicta committunt. Item qui minus apti, & habiles ministeris Societatis inueniuntur, ac denique qui sperant maiorem consolationem, & spiritualem profectum in alia religione habituri. Ergo de his omnibus iudicare poterit Præpositus Generalis expediens esse illos volentes emittere è Societate non vt in sæculo vitam degant, sed vt in alia religione, quam ipse Præpositus Generalis præscripserit, perseuerent: Igitur vt hoc iudicium executioni mandari possit, Greg. XIII. dictum privilegium concessit. Deinde, vt superius argumentabamur, Greg. speciale privilegium Societati concessit, quod noluit aliis religionibus communicari. At si solum extenderetur ad religiois expulsos nullum speciale esset, cum quilibet religio ius habeat permittendi iis expulsis in quamlibet religionem transire; imo ipsi etiam renuente religione hanc facultatem habent. Neque valet dicere id esse speciale Societatis, vt ex leuioribus causis expellere professos possit, quia id esset privilegium ad expellendum, non ad concedendum transitum in aliam religionem. Greg. autem non agit ibi de causis expulsiōis, sed supponens ex causis exigentibus posse professos dimitti, concedit Præposito Generali facultatem permittendi transitum in aliam quamlibet religionem quibuscunque professis, quos iudicauerit a se in aliam religionem emittere. Emittent inquam non tantum renuentes in peccata delicti commissi, sed volentes, & dimissionem petentes ob aliquem honestum finem; & hoc est privilegium speciale Societati concessum, quo ceteræ religiones non gaudent.

9. Sed inquires, an Societas possit modum Generali præposito præscribere vtendi hoc privilegio. Vt g. ne illo vtatur absque consilio, vel consensu suorum assentium, vel absque hac, vel illa causa intercedente? Quia in re credo distinguendum esse de licito vsu, vel valido. Et quoad validum vsum omnino certum existimo, non posse à Societate modum alium Præposito præscribi hoc privilegio vtendi præter designatum à Pontifice: quia illud privilegium non à Societate habet Præpositus, sed à Pontifice. A Pontifice concessum est absque vilius consensu, vel consilio, & absque vilius causæ determinatione. Nequit ergo Societas, quæ Pontifici inferior est privilegium illud limitare, vel coarctare: & ita sustinet Suar. r. 4. de relig. tr. 10. lib. 11. c. 2. n. 12. Si vero loquamur de licito vsu, alicui nec improbabilitate videbitur posse à Societate præscribi modum illo privilegio vtendi. Nam ex hoc præscripto non diminuitur privilegium, nec coarctatur, sed signatur modus seruandus in illius vsu. Cum autem modus supradictus non sit contrarius privilegio, sed forte expediens ad illius maturiorem, & prudentiorem vsum; quæ causa esse potest, quominus Societas, quæ Præposito Generali superior est, possit Præposito Generali eum modum seruandum ex obedientia præscribere?

10. Rursum dubitabis, an alius à Præposito Generali possit professis concedere transitum in aliam religionem: Certum est Provinciales eam facultatem non habere nisi communicatam à Præposito Generali, quem raro expedit communicari eo inconsulto. Solum de congregatione generali quæ totam Societatem repræsentat, & de vicario Generali est dubium; an possint viuente Generali, vel eo mortuo aliquem professum è Societate dimittere, vel in sæculum, vel ad laxiorem religionem.

Ferd. de Castro sum. Mor. Pars I. l.

nem. Et quod attinet ad Congregationem Generalem verius sentio viuente Generali non posse. Quia illud privilegium non Societati, sed Præposito Generali ob eius officium, & dignitatem concessum est, & licet Præpositus Generalis Societati subordinetur, non inde inferitur privilegium Præposito concessum Societati concessum esse. Ad summum ex illa subordinatione inferitur, quod possit Societas Præpositum Generalem altingere ad dimittendum, quem ipsa dimittendum esse iudicauerit. Neque obstat hoc privilegium Præposito Generali esse concessum in bonam Societatis; vt inde inferas Societati esse principaliter concessum: quia aliud finis est, aliud medium. Finis illius privilegij est bonum Societatis. Sed medium est concessio facta non Societati, sed Generali Præposito penes quem est totum regimen Societatis. At mortuo Generali credo probabilius congregationem Generalem hanc facultatem habere; eo quod Generalem Præpositum repræsentet, & in eius locum succedat. Commune enim est iurisdictionem concessam Episcopo ratione dignitatis deriuari in capitulum sede vacante. Securius tamen erit, vt notat Suar. c. 4. de relig. tr. 10. lib. c. 2. in fine, ea non vt quousque Præpositus Generalis eligatur, & eius iudicio, & auctoritate. Quocirca si aliquo casu (quod absit) iudicaretur Præpositus Generalis à Societate expellendus iuxta ea, quæ dicuntur q. p. consil. c. 5. §. 3. prius à congregatione Generali electo ad tempus, vel ab ipso Generali Præposito, vel à Societate ob Præpositi ad regimen inhabilitatem, vel de vicario Generali per mortem Generalis constituto aliter videbatur dicendum, per se inquam potestatem habere emittendi è Societate professos, quia Præpositi Generalis auctoritate fingitur, & in eius locum succedit iuxta ea quæ dicuntur 8. pun. consil. cap. 4. §. 5. At hoc privilegium Præposito Generali ob eius officium concessum est; ergo competit eius locum tenenti, & iurisdictionem habenti. Nunquam tamen vicarius ob mortem Generalis constitutus hac potestate vtitur, aut vti potest, sed noui Generalis electionem expectat; quia cum res sit ita grauis, expedit Præpositi Generalis auctoritate expediri, vt dicitur in congregatione 3. generali in fine, vbi de auctoritate vicarij.

11. Denique dubitabis, an Præpositus Generalis teneatur tibi concedere transitum in aliam religionem maxime Carthusiam præcipue si in eam ingressus defecisti? Respondeo raro eam obligationem habere: nam vel illam habere potest; ex eo quod existimet religionem, quam petis, esse Societate absolute perfectiorem, & strictiorem, & hoc non; nam esto Societas ab aliquibus religionibus in corporalibus asperitatibus superetur. At in obseruatione castitatis, paupertatis & obedientiæ, & continua passionum mortificatione à nulla superatur, vt late, & optime probat. Suar. r. 4. de relig. tr. 10. lib. 1. c. 9. per totum, ac proinde Prælatum nullam teneatur iudicare absolute perfectiorem, & strictiorem. Ex eo autem quod petita religio speretur tibi fore fructuosior, raro hæc obligatio nasci potest. Tum quia raro hæc spes concipitur supponendo religionem perfectiorem non esse. Et esto hanc spem concedamus, adhuc non teneatur Prælatum tibi licentiam concedere, si Societati vilis, & fructuosus existas; quia bonum religionis tuæ singulari vilitati præferendum est. Quocirca nihilatenus te Societatis instituto inuitem esse sperarique fore vtilem alterius religionis instituto, creio Præpositum Generalem obligatum non esse tibi transitum concedere. Suar. r. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 12. n. 7. §. 13.

PUNCTVM XXVII.

Quæ prohibeantur religioso etiam legitime in aliam religionem translato.

SVMMARIVM.

- 1 Translati in aliam religionem etiam arctiorem (esto canonicus regularis si) redditur incapax cuiuscumque secularis beneficij curari.
- 2 Apponitur secundus & tertius casus inhabilitatis. Et ratio redditur.
- 3 Persona, aduersus quæ hæc inhabilitas fertur, sunt mendicantes, quia verè mendicantes sunt in ordinem non mendicantium translati.
- 4 Assumptus ex ordine mendicantium ad Episcopatum, si Episcopatu deposito in ordinem non mendicantium transferatur constitutione Gregoriana comprehenditur.
- 5 Enumeratur 1. & 2. pænæ lata aduersus mendicantes translatos, vel transferendos in non mendicantes.
6. An sic translati, qui in cathedrali, vel collegiata Ecclesia obtinerent administrationem, prioratus, &c. priuentur.

potest ad professionem ve diximus disp. 2. p. 3. à fortiori admittit dimiti non poterit.

10. Neque obstant in contrarium adducta. Negati enim facile potest Text. in c. statumus loqui precisè de transitu ad strictiorem religionem. cum nullum ibi sit verbum hanc limitationem indicans. Et licet huius textus dispositio restricta sit per Text. in c. licet de Regularib. id intelligendum est non absolute, sed quoad transitum ad strictiorem religionem; quare integra manet dispositio dicti cap. statumus quoad transitum ad laxiorem, vel æqualem. Ex Text. in cap. non est, solum inducitur argumentum negativum, quod in iure infirmum est. Adde illa verba, sine licentia Abbatum non denotant consensum contentus debere excludi, sed potius indicant adesse debere; quia debet esse licentia Abbatum legitima, qualis non est absque contentus consensu in iis, quæ ad bonum religionis, eiusque conservationem pertinent. Ad rationem concedo competere prælaro ratione sui officii hanc licentiæ concessionem, nego tamen eam posse concedere contentu inconfulto.

11. Superest solum dicendum de transitu intra eandem religionem ex vno gradu ad alium, ex gradu inquam illorum, qui choro sunt deputati ad gradum laicorum, ex gradu scholasticorum in Societate ad gradum coadiutorum temporalium, vel e contra; an inquam hæc translatio fieri possit, & ex qua prælaro dicendum est fieri hanc translationem posse; quia nullibi est prohibita, idemque passim exercetur. Non enim in hac translatione mutatur religio, sed intra eandem religionem, & vororum obsecrationem exercita, & officia mutas, diversisque ministeriis incumbis, & destinatis: ita sustinet Sorus lib. 10. de iulie. g. 5. ar. 3. circa finem verba. Ad not. r. 1. lib. 10. e. 6. g. 7. Sanch. alii relatis lib. 6. sum. c. 7. n. 80. Quoad causam attingit, distinguendum est; si translatio faciendæ est ex statu inferiori scilicet laicorum ad statum illorum, qui choro sunt deputati nulla specialis causa requiritur præter statum altitudinem, quia est ascensus ex inferiori statu ad superiorem, & ex minus perfectis exercitiis ad superiora. At si translatio e contra faciendæ est, grauis causa adesse debet ob contrariam rationem, quia per se est descensus. Illa igitur sufficiens erit, si ad litteras addiscendas, superioraque ministeria exercenda minus aptus existas, cum tamen habilis inueniaris ad inferiora; quia ea mutatio religioni vilior est; vel si speciali affectus, & singulari amore humilibus officiis, & ministeriis laicorum incumbas, quia sic excessum spiritualis profectus, quem ex superioribus ministeriis deducere poterat, compensaturus præsumeris. Nunquam tamen hæc translatio maxime ad inferiorum statum faciendæ est te inuito, nisi forte penam delicti grauis, sic Sanch. dicto. c. 7. n. 81. ramesis Sum. 1. 4. de relig. r. 10. lib. 4. c. 17. n. 9. videatur contrarium sentire in Societate. 12. A quo autem prælaro hæc translatio faciendæ est? Sanch. dicto loco cenfer à solo Provinciali, vel Generali fieri posse, & cum consensu contentus; quia est res grauis. At ex legitimo per se ab immediato prælaro contentus posse fieri; quia integre, & plenè bonorum & personarum contentus administratio illi commissa est; neque video causam, ob quam ad Provinciale debet esse recursus, præcipue cum Provinciali, vel Generali relinquatur potestas hanc translationem reuocandi, si expedire iudicauerint. Dixi per se; quia ex vltu, & consuetudine religionis, vel specialis ordinatione poterit esse hæc translatio Provinciali, vel Generali referata, sicuti in Societate I. E. S. V. vt bene notauit Sanch. dicto. c. 7. n. 81. est Generali referata, atque, adeo nec Rector collegii, nec dum Provinciali Generali inconfulto hanc translationem ex vno in alium gradum facere possunt. Solum enim Provinciali permittitur, reg. 67. eiusdem. intra biennium applicare gradui scholastico, vel laicorum, quos indifferenter receperit. Sed hæc non est translatio ex vno in alium statum, sed vnus determinatio.

§. IV.

Quousque spectatis religionum priuilegiis liceat transitus ad religionem strictiorem, æque, vel minus strictam.

S V M M A R I V M.

1. Expendantur priuilegia concessa Societati I. E. S. V.
2. Pontifex non interdixit iussit transiunt in aliam religionem, sed ne fieret absque eius, vel Præpositi Generalis licentia.
3. An si ante tempus à superiore præfixum mutes propositum transiendi, vel cognoscas in religione non esse admittendum, tenearis ad propriam redire.
4. Contrarium dicendum est, Et statisti rationi dubitandi.
5. An Societas, ex cuius licentia Carthusiam, vel aliam religionem ingressus teneatur redeuntem recipere? Sub distinctione respondetur.
6. Religio, ad quam ex facultate legitima transiit recipere non potest animo concedendi licentiam, vt extra clausuram perpetuo, vel per multos annos maneat, nisi Ferd. à Casto Sum. Mor. Pars 111.

causa graui existente.

7. An Generalis Societatis possit scholaribus, & professis permittere transitum ad religionem laxiorem. Proponitur negatiua sententia.
8. Affirmatiua verior est.
9. An Societas possit modum Generali Præposito prescribere vtendi hoc priuilegio? Distinguitur de valido, & licito vsu.
10. An alius à Præposito Generali possit concedere professis transitum in aliam religionem? Præcedit dubitatio de congregatione, & vicario generali.
11. Præpositus Generalis, nisi Societatis instituto inuicilis sit spererisque fore vtilis alterius & religionis instituto obligatus non est sibi transitum concedere.

1. Non est animus inuestigare priuilegia omnibus religionibus concessa, sed tantum concessa Societati I. E. S. V. Quilibet enim religiosus propriæ suæ religionis priuilegia noscet. Igitur in Societate I. E. S. V. est priuilegium concessum à Paulo III. in Bulla incipiente, Licet debetum, edita anno 1529. & habetur in litteris Apostolicis pag. 33. & est priuilegium concessum à Pio V. in Bulla incipiente, Equum reputamus, edita anno 1565. & habetur in litteris Apostolicis pag. 94. vt nullus siue professus, siue scholasticus, siue coadiutor ad alium ordinem præterquam Carthusiensem transire possit, nisi de expressa licentia ipsius Præpositi, aut Sedis Apostolicæ sub pena excommunicationis referatæ Pontifici, vel Societatis Præposito tam aduersus recipientes quam receptos, declaratque transitum esse nullum. Volenti autem ad Carthusiam transire tempus trium mensium est præscribendum, ad alium verò ordinem Generalis Præpositi arbitrio relinquatur. Quod si intra dictum tempus non ingreditur, vel non admittitur, vel non perseverat ad Societatem redire teneatur sub prædicta excommunicatione, quam tam ipse, quam illum recipientes, vel ei auxiliium, consilium, vel fauorem præstantes incurruntsic habetur in dicta bulla Pij V. & referitur in compend. priuileg. Societ. I. E. S. V. verbo apostata §. 9. Insuper concessit Pius V. viuz vocis oraculo, vt in eodem compendio verbo apostata §. 11. referatur. confirmatumque est à Gregor. XIII. in Bulla incipiente, Dilecti filii, edita anno 1584. vt quilibet à Societate semel tantum absque Præpositi Generalis consensu tentare possit Carthusiam ingressum cuius gratiæ communicationem aliis religionibus interdixit. Præterea Greg. XIII. in sua bulla incipiente, Cum alias felicitate recordationis, edita anno 1582. intendens dubitationem tollere, quæ ex supradictis priuilegiis ortiri videbatur; an inquam Præpositus Generalis possit etiam professos ex causis id exigentibus ab ipsa Societate emittere, aut eis sic emissis liberum sit de eius licentia se ad quemuis alium mendicantium, vel non mendicantium ordinem transferre. Re perpenfa, diligentiuseque examinata Societatis puritati, atque incremento, emissorumque pro tempore salutis consulere volens statuit, vt deinceps, in perpetuum liceat dicto Generali Præposito, quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, vt eosque de ipsius prælati licentia, non raptum ad Carthusiensem, sed ad quemuis alium mendicantium, vel non mendicantium paris, laxioris aut auctioris obleruantie ordinem per ipsum Præpositum illis præscribendum, de consensu tamen superiorum loci illius destinabuntur, demigrare, & c. interdicitur hæc gratiam communicari aliis religionibus. Denique Paul. V. anno 1600. 31. Aprilis. Carmelitis discolcatis concessit neminem de suo ordine posse ad Carthusiam transire, nisi petita, & obienta facultate à suis superioribus, quam facultatem sibi Generalis referauit. Quo priuilegio vtique Societas per viam communicationis, iuxta bullam Pij V. quæ incipit, dum in desese, editam anno 1571. & iuxta bullam Greg. XIII. editam anno 1575. incipientem, Decet Romanum Pontificem, & notauit Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 31. Ex quibus omnibus inferitur Societatis religiofos ad nullam religionem etiam Carthusiam transire posse sin Sedis Apostolicæ, vel Præpositi Generalis consensu, Præpositi tuncque Generalis transitum concedere posse etiam ad religionem laxiorem iis, quo e Societate emittere iudicauerit.

2. Superfluit tamen aliqua difficultates enodandæ pro maiori dictorum priuilegiorum intelligentia. Prima difficultas est; qua ratione Pontifici liceat Societatis religiofos transitum in omnem religionem interdiceret? Ratio difficultatis est; quia vel iudicat Societatem omnium religionum strictissimam, vel credit aliquam strictiorem esse. Primum non videtur affirmandum. Quia maior, vel minor religionis strictio, & perfectio difficile cognoscitur. Neque humilitas Societatis, quæ se omnium religionum minimam recognoscit, pareretur se omnibus antefere. Et præterea quia Paul. III & Pius V. permittunt Societatis religiofos solum vnicum transitum in Carthusiam, ergo saltem Carthusiam iudicatur Societate strictior. Quod non leuiter confirmari potest ex extrinsecis viam, de Regularib. concedente omnibus mendicantibus transitum ad Carthusiam. Si autem aliqua alia religio vel ex mendicantibus, vel ex non mendicantibus strictior Societate est, nequit Pontifex,

stant, sibi que nocent. Ergo pro his tantum, & non pro professis probis, & vniuersis facultas concessa est. Quod si dicas, inde inferri nullum speciale privilegium Societati concedi. Nam posse professis, expulsioue dignis dari facultatem ad quamlibet etiam laxiorem religionem transfundi qualibet habeat religio, imo ipsimet religiosus dimissis eam potestatem habet; cum ergo Pontifex in hac bulla privilegium concedat Societati, cuius communicationem aliis religionibus interdixit, asserendum est, aliquid speciale concedi, atque adeo extendi non solum ad professos expulsioue dignos, sed etiam ad quoscunque alios. Respondet Suar. dicto c. 12. n. 42. id speciale in Societate concedi, vt ex leuioribus causis, modò puritati, & incremento Societatis obstant, dimitti professus possit, optione data transfundi ad aliam religionem determinatam etiam laxiorem. Deinde respondet, illud privilegium Societati concedi ad dubitationem subortam tollendam, non quia necessarium foret.

8. Nihilominus verius existimo ex supradicta bulla Præpositum Generalem habere privilegium concedendi transitum etiam ad laxiorem religionem omnibus è Societate professis, quamuis nulla delicta commiserint neque expulsioue digni sint sic docet Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 58. in fine. Et n. 71. Suar. ubi contrarius r. 4. de relig. tr. 10. lib. 11. c. 2. per totum. Mouet quia Greg. XIII. volens consulere Societatis puritati, atque incremento, emissorumque saluti, privilegium Præposito Generali concessit, vt quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, tum ob Societatis puritatem, tum ob eius incrementum, tum ob emissorum salutem, transitum ad quancunque religionem concedat. Sed ad Societatis puritatem, & ad illius incrementum, & præcipue ad emissorum salutem non solum pertinet concedere transitum iis, qui ob sua scelera, & peccata digni sunt expulsioue, sed etiam iis, qui minora delicta committunt. Item qui minus apti, & habiles ministeris Societatis inueniuntur, ac denique qui sperant maiorem consolationem, & spiritualem profectum in alia religione habituri. Ergo de his omnibus iudicare poterit Præpositus Generalis expediens esse illos volentes emittere è Societate non vt in sæculo vitam degant, sed vt in alia religione, quam ipse Præpositus Generalis præscripserit, perseuerent: Igitur vt hoc iudicium executioni mandari possit, Greg. XIII. dictum privilegium concessit. Deinde, vt superius argumentabamur, Greg. speciale privilegium Societati concessit, quod noluit aliis religionibus communicari. At si solum extenditur ad religiosos expulsos nullum speciale esset, cum quelibet religio ius habeat permittendi iis expulsis in quamlibet religionem transire; imo ipsi etiam renuente religione hanc facultatem habent. Neque valet dicere id esse speciale Societatis, vt ex leuioribus causis expellere professos possit, quia id esset privilegium ad expellendum, non ad concedendum transitum in aliam religionem. Greg. autem non agit ibi de causis expulsiouis, sed supponens ex causis exigentibus posse professos dimitti, concedit Præposito Generali facultatem permittendi transitum in aliam quamlibet religionem quibusuis professis, quos iudicauerit a se in aliam religionem emittere. Emittere inquam non tantum renuentes in peccata delicti commissi, sed volentes, & dimissionem petentes ob aliquem honestum finem; & hoc est privilegium speciale Societati concessum, quo ceteræ religiones non gaudent.

9. Sed inquires, an Societas possit modum Generali præposito præscribere vtendi hoc privilegio. Vt g. ne illo vtatur absque consilio, vel consensu suorum assentium, vel absque hac, vel illa causa intercedente? Quia in re credo distinguendum esse de licito vsu, vel valido. Et quoad validum vsum omnino certum existimo, non posse à Societate modum alium Præposito præscribi hoc privilegio vtendi præter designatum à Pontifice: quia illud privilegium non à Societate habet Præpositus, sed à Pontifice. A Pontifice concessum est absque vilius consensu, vel consilio, & absque vilius causæ determinatione. Nequit ergo Societas, quæ Pontifici inferior est privilegium illud limitare, vel coarctare: & ita sustinet Suar. r. 4. de relig. tr. 10. lib. 11. c. 2. n. 12. Si vero loquamur de licito vsu, alicui nec improbabilitate videbitur posse à Societate præscribi modum illo privilegio vtendi. Nam ex hoc præscripto non diminuitur privilegium, nec coarctatur, sed signatur modus seruandus in illius vsu. Cum autem modus supradictus non sit contrarius privilegio, sed forte expediens ad illius maturiorem, & prudentiorem vsum; quæ causa esse potest, quominus Societas, quæ Præposito Generali superior est, possit Præposito Generali eum modum seruandum ex obedientia præscribere?

10. Rursum dubitabis, an alius à Præposito Generali possit professis concedere transitum in aliam religionem: Certum est Provinciales eam facultatem non habere nisi communicatam à Præposito Generali, quem raro expedit communicari eo inconsulto. Solum de congregatione generali quæ totam Societatem repræsentat, & de vicario Generali est dubium; an possint viuente Generali, vel eo mortuo aliquem professum è Societate dimittere, vel in sæculum, vel ad laxiorem religionem.

Ferd. de Castro sum. Mor. Pars I. l.

nem. Et quod attinet ad Congregationem Generalem verius sentio viuente Generali non posse. Quia illud privilegium non Societati, sed Præposito Generali ob eius officium, & dignitatem concessum est, & licet Præpositus Generalis Societati subordinetur, non inde inferitur privilegium Præposito concessum Societati concessum esse. Ad summum ex illa subordinatione inferitur, quod possit Societas Præpositum Generalem altingere ad dimittendum, quem ipsa dimittere esse iudicauerit. Neque obstat hoc privilegium Præposito Generali esse concessum in bonam Societatis; vt inde inferas Societati esse principaliter concessum: quia aliud finis est, aliud medium. Finis illius privilegij est bonum Societatis. Sed medium est concessio facta non Societati, sed Generali Præposito penes quem est totum regimen Societatis. At mortuo Generali credo probabilius congregationem Generalem hanc facultatem habere; eo quod Generalem Præpositum repræsentet, & in eius locum succedat. Commune enim est iurisdictionem concessam Episcopo ratione dignitatis deriuari in capitulum sede vacante. Securius tamen erit, vt notat Suar. c. 4. de relig. tr. 10. lib. c. 2. in fine, ea non vti quousque Præpositus Generalis eligatur, & eius iudicio, & auctoritate. Quocirca si aliquo casu (quod absit) iudicaretur Præpositus Generalis à Societate expellendus iuxta ea, quæ dicuntur 9. p. constit. c. 5. §. 3. prius à congregatione Generali electo ad tempus, vel ab ipso Generali Præposito, vel à Societate ob Præposito ad regimen inhabilitatem, vel de vicario Generali per mortem Generalis constituto aliter videbatur dicendum, per se inquam potestatem habere emitendi è Societate professos, quia Præpositi Generalis auctoritate fungitur, & in eius locum succedit iuxta ea quæ dicuntur 8. p. constit. cap. 4. §. 5. At hoc privilegium Præposito Generali ob eius officium concessum est; ergo competit eius locum tenenti, & iurisdictionem habenti. Nunquam tamen vicarius ob mortem Generalis constitutus hac potestate vtitur, aut vti potest, sed noui Generalis electionem expectat; quia cum res sit ita grauis, expedit Præpositi Generalis auctoritate expediri, vt dicitur in congregatione 3. generali in fine, vbi de auctoritate vicarij.

11. Denique dubitabis, an Præpositus Generalis teneatur tibi concedere transitum in aliam religionem maxime Carthusiam præcipue si in eam ingressus defecisti? Respondeo raro eam obligationem habere: nam vel illam habere potest; ex eo quod existimet religionem, quam petis, esse Societate absolute perfectiorem, & strictiorem, & hoc non; nam esto Societas ab aliquibus religionibus in corporalibus asperitatibus superetur. At in obseruatione castitatis, paupertatis & obedientiæ, & continua passionum mortificatione à nulla superatur, vt late, & optime probat, Suar. r. 4. de relig. tr. 10. lib. 1. c. 9. per totum, ac proinde Prælatum nullam teneatur indicare absolute perfectiorem, & strictiorem. Ex eo autem quod petita religio speretur tibi fore fructuosior, raro hæc obligatio nasci potest. Tum quia raro hæc spes concipitur supponendo religionem perfectiorem non esse. Et esto hanc spem concedamus, adhuc non teneatur Prælatum tibi licentiam concedere, si Societati vilis, & fructuosus existas; quia bonum religionis tuæ singulari vilitati præferendum est. Quocirca nihilatenus te Societatis instituto inutile esse sperarique fore vilem alterius religionis instituto, creio Præpositum Generalem obligatum non esse tibi transitum concedere, Suar. r. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 12. n. 7. §. 13.

PUNCTVM XXVII.

Quæ prohibeantur religioso etiam legitime in aliam religionem translato.

SVMMARIVM.

1. Translati in aliam religionem etiam arctiorem (esto canonicus regularis si) redditur incapax cuiuscumque secularis beneficij curari.
2. Apponitur secundus & tertius casus inhabilitatis. Et ratio redditur.
3. Persona, aduersus quos hæc inhabilitas fertur, sunt mendicantes, quia verè mendicantes sunt in ordinem non mendicantium translati.
4. Assumptus ex ordine mendicantium ad Episcopatum, si Episcopatu deposito in ordinem non mendicantium transferatur constitutione Gregoriana comprehenditur.
5. Enumeratur 1. & 2. pœna lata aduersus mendicantes translatos, vel transferendos in non mendicantes.
6. An sic translati, qui in cathedrali, vel collegiata Ecclesia obtinebant administrationem, prioratus, &c. priuentur.

- voce, & loco in eo capitulo? Probabilis est non privari.
7. Qualiter intelligatur obtinentes in non mendicantibus administrationem privari posse voce, & loco in capitulo.
8. Enumeratur, 3. pena.
9. Hac pena afficiuntur non solum ad munera, & officia intra Religionem, sed etiam extra exercenda, tamen solita sint per Religiosos non mendicantes exerceri.
10. Non retinent in posteriori Religione locum, quem in priori habebant, sed eum qui sibi competit iuxta posterioris professionis antiquitatem.

6. Primo translatus in aliam religionem etiam actiorem (esto canonicus regulatis sit) redditur incapax cuiuscunque secularis beneficii curati: Sic habetur in Trident. sess. 14. cap. 1. de reformat. Verum est tamen quoscunque regulares incapaces esse cuiusvis beneficii secularis, ut vult de benef. de disp. 1. p. 3. s. 1. diximus. At regulares translati ex duplici capite hanc habent inhabilitatem, primo ex eo, quod regulares sint, secundo ex eo, quod in aliam sine Religionem translati.

2. Secundo regularis translatus ex ordine mendicantium ad non mendicantium etiam ex facultate Pontificis, quamvis eo tempore, quo hæc constitutio promulgatur, prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcumque obtineat, inibi carere debet voce & loco, in Capitulo, etiam si ab aliis sibi liberè concedatur. Tertiò fit inhabilis ad prioratus, administrationes, & ad alia quæcumque officia etiam tanquam Vicarius, seu minister, vel locum aliorum tenens, & ad omnem animarum curam, & regimen pro se, vel pro aliis exercendum. Et quidquid in contrarium tentatum fuerit, irritum decernitur, & inane: Sic habetur Clem. 1. ut professores de Regularib. Finis, seu causa huius prohibitionis fuit, ut professores ordinum mendicantium libertatis in qua vocati sunt, vocatione persisterent, transientesque ad non mendicantium Ordinem in eodem consecrari quiescere studeant, quo in ipsis discordiarum, schismatum productiva ambitio reprimetur.

3. Personæ adversus quas lata est constitutio sunt mendicantes, qui verè mendicantes sunt ex Instituto à Pontifice approbato, quales sunt Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Carmelitar, Minimi, Trinitati, Mercenarij, ac denique Iesuitæ non solum professi, sed etiam scholares dominium bonorum habentes, ut expressè declaravit Pius V. in Bulla edita anno 1571. quæ incipit *dam indefesse*. Idemque confirmavit Gregor. in alia Bulla edita anno 1582. quæ incipit *Quanto fructuosius*, & in Bulla, quæ incipit *Ascendens Domino*, edita anno 1584. adversus inquam hos mendicantes in ordinem non mendicantium translatis hæc constitutio fertur, & prædictæ penæ statuuntur. Quare si mendicans in Ordinem alium mendicantem transferatur, vel ex non mendicanti ad mendicantem regredietur supradictis penis non afficitur, quia hæc penæ tantum à mendicantibus translatis in non mendicantes durante translatione locum habent: Sic Bonifac. dicta Clement. n. 85. quem refert, & sequitur Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. num. 118.

4. Solum est dubium, an assumptus ex ordine mendicantium ad Episcopatum, si Episcopatu deposito in ordinem non mendicantium ex Pontificia facultate transferatur, comprehendatur hac constitutione. Videtur non comprehendi; quia hæc constitutio fertur, ne mendicantes paupertatis Ordinem deserant, sed libertatis in eo persistant; at mendicantes constitutus Episcopus mendicantem excludit; ergo illum constitutio non comprehendit: & ita sustinet Bonifac. dicta Clement. n. 84. & 85. Ceterum verius censo cum Sanch. dicta lib. 6. sum. cap. 7. num. 119. sub dicta constitutione comprehendit, quia ob Episcopatum non amittit regularis mendicans statum mendicantis, tamen eius exercitium suspensum sit, atque adeò verum est in vocatione mendicanti non persistere, sed ex illa in non mendicantem transire. Comprehenditur ergo sub constitutione lata adversus quoscunque mendicantes, qui ad non mendicantium ordines transferunt.

5. Prima pena lata adversus mendicantes translatis in non mendicantes est privatio vocis, subintellige tam actiua, quam passiva; quia textus generaliter loquitur. Sic Nauar. comm. 4. de Regularib. n. 24. Sanch. dicta cap. 7. n. 120. Secunda est privatio loci in capitulo honorifico, qualis habetur pro electionibus & tractatibus: secus in capitulo ad correctionem, & disciplinam Religiosorum congregato; quia æquum non erat ab hoc Capitulo, quod in bonum rùm Religionis, tum Religiosorum ordinatur, Religiosum excludere: loco autem in choro, aliisque Congregationibus præter Capitulum non privantur ij translatis, quia textus solum expressè locum in Capitulo, & penæ extendendæ non sunt. Rortus hæc penæ afficiunt non solum eos, qui tempore illius constitutionis ex mendicantibus ad non mendicantes translati erant, sed eos, qui successu temporis transfuerunt, ut ex illis verbis Textus, *transibunt in posterum, quibus hæcenus transferunt*. De quibus vltimis dici-

tur, quamvis nunc prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animarum, vel regimen quodcumque obtineant inibi vocem, & locum in Capitulo non habere, etiam si hoc sibi ab aliis liberè concedatur.

6. Circa quæ verba duplicem dubitationem movet Glossa verbo inibi. Prima, an priventur voce, & loco in Capitulo, qui in Cathedrali, vel collegiata Ecclesia obtinent administrationem, prioratum, aut regimen quodcumque? Cui dubitationi respondet Glossa pendere ex punctuatione illius adverbij inibi. Si enim post illud adverbium punctuatio apponatur; vocem, & locum in Capitulo in Collegiata, vel Cathedrali Ecclesia obtinebunt; quia ea punctuatione facta non comprehenduntur qui eo tempore prioratus, & administrationes, aut regimen aliquod habent extra non mendicantium ordinem, sed solum ij, qui inibi; scilicet in non mendicantibus ordinibus prioratus, officia, & administrationes obtinent, & sic esse apponendam punctuationem placuit: Glossa inibi, & Bonifac. n. 60. Immo n. 12. & aliis, quos refert, & sequitur Sanch. lib. 6. cap. 7. n. 121. At si punctuatio ante adverbium inibi apponatur, manifestè inferretur privari voce, & loco in Capitulo eos non mendicantes, qui in Ecclesia seculari officio, regimen, vel administrationem habent. Quia tunc prestat hæc factum constitutio: Translati ex mendicantibus ad non mendicantes, quamvis eo tempore quo expeditur constitutio habeant prioratus, administrationes, & officia inibi, id est vitales prioratus, & administrationes obtinent, vocem aut locum in Capitulo non habent, & hunc sensum approbat Cardin. num. 5. opposit. 3. Quilibet ex his sensibus est probabilis, sed prior probabilior, quia correctiores codices punctuationem post adverbium inibi apponunt.

7. Secunda difficultas, & gravior; quam movet Glossa est, qua ratione obtinentes in non mendicantibus administrationem, prioratum, & regimen voce, & loco in Capitulo privari possint, cum sæpe ex consensu Prælati negotia expedienda sint. Nam si dicas tunc esse expedienda, ac si sedes vacaret, oblat; quia vacante sede est expressum qualiter negotia expediri debeant, quod tamen non est in præfati. Præterea sedes vacat brevi tempore, ac supradicti non mendicantes possunt longissimo tempore Prælatum habere. Quocirca respondet Glossa, & Doctores communiter non esse his Prælati vocem, & locum in capitulo Conventus interdictum, bene tamen in Capitulo Generali, vel Provinciali. Secundo respondet non esse intelligendum de Prælati totius Conventus, sed de aliis inferioribus, & subordinatis, quorum consensus ad gravia monasterij negotia expedienda necessarius non est. His consentit Immo, Cardin. & Acharian, quos refert, & sequitur Sanch. dicto lib. 6. sum. cap. 7. num. 122.

8. Tertia pena est inhabiles sic transientes reddere ad prioratus, administrationes, officia quæcumque, & etiam tanquam Vicarios, & locum aliorum tenentes. Nominè prioratus, administrationem, officiorum, &c. intelligitur illi prioratus, administrationes, & officia, quæ frequentè, & communiter à Religiosis non mendicantibus exercentur, ut satis indicat textus, illo adverbio in ante, & tradit Nauar. comm. 4. de Regularib. n. 24. Quocirca nec possunt esse Prædicatores, & Lectores ex officio, neque economi, neque ostiarij, neque Sacristæ, neque Syndici. Nam licet aliqua ex his officiis onerosa sint, honorem secum portant, & à multis Religiosis appetuntur, & à nemine sibi tenent admittunt esse illis privatarum.

9. Ex his deciditur, an sub hæc prohibitione comprehendantur prioratus, administrationes, officia, & regimina extra Religionem, vel solum quæ intra Religionem exercentur? Et dicendum est, si illa officia, & munera extra Religionem solita sint per Religiosos non mendicantes exerceri, credo verius sub dicta prohibitione comprehendit. Tum quia textus generalibus verbis usus est officia extra, & intra Religionem comprehendentibus. Tum præcipue, quia ex illorum munerum assumptione discordiæ, & schismata oriuntur. Nam ut bene dicit Glossa, Religiosi qui primo intraerunt ordinem, si viderent istos Religiosos, qui venerunt de alia Religione assumere beneficia, & administrationes sibi competentes ipsi sibi inviderent, & ex illa invidia orientur multa alia inconuenientia: ad quæ vitanda supradicta constitutio expedita fuit.

10. Quarta pena enumerari posset privatio loci honorifici, quem ob suam antiquitatem in priori Religione supradicta obtinebant; quem tamen non retinent in posteriori Religione, sed iuxta posterioris professionis antiquitatem. Sed hæc non est pena, sed quid necessario consequens ex eo quod non est professio extinguatur, & nova succedat. Locum enim honorifici professionis antiquitatem consequitur; eam ergo prior professio extincta sit, & nova successerit, locum habens est iuxta antiquitatem non prioris, seu posterioris professionis: Sic Nauar. lib. 3. consil. tit. de Regul. arb. cap. 60. alia lib. 1. tit. de maior. & obedient. cons. 11. Man. quæst. Regul. 3. q. 92. art. 29. Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. n. 86. Ab hæc doctrina expeditur transfatus

translati in aliam Religionem, vt sit Prælati, qui finito officio federe debet post Prælatum in memoriam pristinæ dignitatis, nisi alij essent Prælati antiquiores. Sic Nauarr. Man. Rodr. & Sanch. *suprà*.

DISPUTATIO V.

De obligationibus, & votis statui Religioso annexis, illorumque relaxatione.

N VLLA ferè est Religio quæ ultra tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientiæ alia vota non emittat, quæque aliis obligationibus suos Religiosos non astringat. Ea omnia figillatim percurrere nostrum non est: cuiuslibet namque Religiosi sua vota, & obligationes examinanda relinquimus; quia eorum obligatio multum ex usu, & consuetudine pendet. Nobis sufficiat singularia vota, & obligationes sanctissimæ Societatis Ias v expendere, vt illis satisfaciendes finem propositum consequamur.

PUNCTUM I.

Expenditur obligatio tribus substantialibus votis annexa ingrediendi Societatem.

SUMMARIUM.

1. Obligationem votis substantialibus annexam contrahunt scholares, & coadiutores non formati, cum promittunt se Societatem ingredi, vt in ea perpetuò vitam degant.
2. Materia huius voti est professionem, vel vota coadiutorum formatorum emittere, prout Societati placuerit.
3. Hac materia digna voto est, quia gradus professorum, & coadiutorum formatorum perfectior est quam gradus scholaris, & coadiutoris non formati.
4. Quoties superior designat tibi gradum absolutè, & efficaciter voluntate, teneris acceptare ex vi quarti voti.
5. An peccet contra votum, si superior nuset, vel suspendat absolutam te obligantem voluntatem ob repugnantiam, quam habes in suscipiendo gradum coadiutoris formati, vel alia de causa.
6. Proponitur negatiua sententia. Verior est affirmatiua, & satisficit rationibus contrariis.
7. An recepto gradu coadiutoris formati obligari possit ex supradicto voto ad recipiendum gradum professi, vel de contra? De vltimo certum est te non posse obligari. Quoad primum probabiliter affirmat Suarez. Sed probabilius est negatiua sententia.

Primam obligationem votis substantialibus annexam contrahunt scholares, & coadiutores non formati emittentes in Societate vota simplicia: ij enim simul promittunt se Societatem ingrederes, vt vitam in ea perpetuò degant promissionem hanc intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutiones. Hec igitur promissio votum est, quia fit diuinæ maiestati, vt constat ex formula, qua emittitur, quæ sic se habet: Ergo, N. voueo coram sacratissima Virgine Maria, & curia celesti vniuersa, Diuinæ maiestati tuæ castitatem, paupertatem, & obedientiam perpetuam in Societate Ias v, & promitto eandem Societatem me ingrederem, vt vitam in ea perpetuò degam omnia intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutiones. In omni enim promissione prudenti, & cordata exprimenda est persona, cui fit promissio: cum ergo in hac promissione nulla alia exprimitur præter diuinam maiestatem, ipsi fit ea promissio. Ergo est votum; quia votum est promissio Deo facta de meliori bono. Præterea ex illa dictione & quæ est copulatiua, & habet vim coniungendi præcedentia cum subsequenibus, manifestè sit eidem fieri promissionem ingrediendi Societatem, cui fit votum castitatis, paupertatis, & obedientiæ: at illa vota sunt diuinæ maiestati. Ergo etiam promissio ingrediendi Societatem diuinæ maiestati fit. Ergo est votum. Et ita declarat Congregat. V. Generalis decret. 1. & can. 2. Neque obstat, illam obligationem sub nomine promissionis, & non sub nomine voti exprimi; quia id factum est, vt intelligeretur esse obligationem distinctam à tribus votis præcedentibus, neque ad constituendum statum Religiosorum scholasticum formaliter pertinere, sed solum esse ei annexam, & accessoriam.

2. Materia huius voti est professionem, vel vota coadiuto-

rum formatorum emittere, prout Societati placuerit, vt dicitur, cap. 7. exam. §. 1. & §. punct. constitut. cap. 4. litt. E, & declarat Congregatio V. general. decreto 3. can. 2. ibi. Quo (scilicet voto) qui se obligat ad acceptandum gradum professorum, vel coadiutorum formatorum, prout Præposito ad maius Dei obsequium fore videbitur. Non se obligat ad procurandum aliquem ex his gradibus; quia ea procuratio nec decebat Religiosi humilitatem, & obedientiam, nec Religiosis pacem. Ad quæ remouenda conueniētis est, vt quilibet sui immemor curam in hac parte superioribus relinquat procurans in eo gradu in quo constitutus est se perfectum exhibere. Sed ex vi illius voti solum se obligat ad acceptandum dictum gradum, si ita Proposito Generali visum fuerit, vt expressè dicitur §. part. constitut. cap. 4. §. 5. ibi postquam aliquis in corpus Societatis coartatus fuerit in aliquo gradu ad aliud progredi curare non debet, sed in suo persici, & obsequio Dei, & gloriæ sese impendere, ac superiori, qui scilicet Christi Domini nostri vices gerit curam aliorum omnium relinquere. Verum est hoc ita sit, nemo impeditur superiori proponere debita cum humilitate, & submissione, quæ in animo versantur, quæque occurrunt pro gradu suscipiendo: vt habetur dicto loco in declarat. litt. F. maxime cum sibi persuasum habet, vel ob inuidentiam, vel obliuionem, vel ob finitram informationem gradum superiorem non concedi, paratus tamen esse debet, vt id melius existimet, quod superiori loco melius videbitur.

3. His ergo positis probatur manifestè hanc materiam voto dignam esse: quia gradus professorum, & coadiutorum formatorum perfectior est, quam gradus scholaris, & coadiutoris non formati; quippe in professo, & coadiutore formato est obligatio ad plura, & paupertas strictior: ergo est materia digna voto. Ex alia parte erat maxime vile, & ferè necessarium instituto Societatis, eiusque regimini; vt hæc materia sub votum caderet, nam cum in Societate ex approbatione Pontificia sint hi gradus diuersi, scholaris, coadiutoris non formati, & professi; gradusque scholaris, & coadiutoris non formati via sit, & dispositio ad gradum coadiutoris formati, vel professi, in quibus præcipua pars Societatis consistit, expediebat posse Societatem obligare scholares, & coadiutores non formatos, vt in gradum coadiutorum formatorum, vel professorum ingrederentur. Quod virtute obedientiæ præstare non poterant, nisi in principio eis esset propositum, & ab ipsis acceptatum hoc voto emisso & suauis & efficacis obligatio inducitur, & maiori cum fructu executioni mandatur.

4. Superest verò explicandum, qualiter Præpositus Generalis velle debeat te in gradum coadiutorum formatorum, vel professorum admittere, vt ex voto tenentis eius voluntati acquiescere: Optimè hoc explicuit septima congregatio decreto 27. aliis 32. Cum enim in questionem verteretur quid censendum de his esset, qui in cuiuscunque impositi à superioribus gradus susceptione difficiles se præbent, variisque excusationibus eorum voluntatem eludentes in annos sæpe plurimos, atque totam etiam vitam rem protrahunt, censuit congregatio omnes vt quarti voti in congregatione, censuit teneri superiori certum gradum imponenti obedire, ita tamen vt rationes Provinciales, ac N. P. consuetio Societatis more proponere possint, quas scripto censuit proponendas. Verum superiori illis examinatis in sententia perseveranti, & certum gradum absolutè statuenti (licet non addat obedientiæ præceptum) teneri vnumquemque obedire, imperatumque gradum suscipere, vt si non fuerit obsequutus, censendus sit in malo statu esse, atque à Sacramentorum usu, & administratione excludendus. Sed neque consilium putauit P. N. cum talibus dispensare, vt toto vitæ tempore sine certi gradus susceptione perseverent, ne horum exemplo, alij cum graui Societatis damno paria imitentur, & audeant. Sed neque ad secundum examen admittendos, nisi rariis, & cum dubium aliquod de aptitudine intercessit. Quam rem vniuersa congregatio censuit P. N. commendandam. Hæc supradicto decreto, ex quibus manifestum est tunc esse obligationem acceptandi gradum à superiore designatum, quando absolutè, & efficaciter voluntate tibi acceptandum proponitur; quia eo ipso impletur conditio; sub qua votum factum est. Notanter dixi quando offeratur, vt contingit, cum gradus offeratur, vt gratia, & beneficium Religionis, quod subditis præstat, transgressor voti non eius, gradum non admittens: quia non tibi absolutè offeratur, sed sub imbibna conditione, si gratus tibi fuerit. Ex ipsa ergo obligationis sententia, & ex circumstantiis facile colliges, quo ex his modis gradus offeratur. Credo tamen absolute offerri, quoties superior causa repulsæ examinata in obligatione persistit; indicat namque ea perseverantia absolute, & desinat velle te eum gradum accipere non tam ob gratiam tibi præstandam, quam ob Religionis bonum, & rectum illius regimen.

5. Sed quid si ob difficultatem, & repugnantiam, quam habes in suscipiendo gradu coadiutoris formati, & ob timorem,